# Vetenskapliga meddelanden.

# Ad cognitionem Heteropterorum

## Africae occidentalis.

Scripsit

O. M. Reuter.

Haud multo ante a v. cl. Reitter Vindobonensi ad me missa est collectio Hemipterorum partim ex Ashante, partim ex Addah (quod est in Aurea ora, qvam appellant, Africae occidentalis) ortorum; numerus specierum erat 82. Quarum, quod qvidem sciam, 42 antea non sunt descriptae; 13 harum ex mea sententia nova constituunt genera. De iis, quae antea sunt nota, quinque genera non sunt ex Africa adhuc allata, *Cymys,* genus in regionibus palae- et nearctica nec non in Bengalia inventum, *Phorticus* americanum genus, et genus *Dinia,* cuius in Philippinis tantum insulis fuit vestigium, nec non *Plagiorhamma,* genus ex Europa meridionali, et *Microvelia,* in Europa, Asia et America repertum genus. Duae aliae quoque species memorabiles sunt ob proximam specierum Philippinarum affinitatem: *Diplonotus vicinus* n. sp. nempe *D. inermicruri* Stål et *Poeantius gracilicornis* n. sp. *P. lineato* Stål maxime affines. Inter ceteras species, quae antea sunt notae, *Acrosternum Heegeri* et *Eusarcoris inconspicuus* usque ad medianas regiones et Maris interni litora Asiatica accedunt, quarum quidem haec a meridie usque in Caffraria evadit terram. *Cymys tabidus* solum in Bengalia inventus est. *Pamera gracilis* usque in Europa meridionali occurrit. *Dieuches armiger* Tunitanam terram attingit. *Pachy-*

# Vetenskapliga meddelanden.

# Ad cognitionem Heteropterorum

## Africae occidentalis.

Scripsit

O. M. Reuter.

Haud multo ante a v. cl. Reitter Vindobonensi ad me missa est collectio Hemipterorum partim ex Ashante, partim ex Addah (quod est in Aurea ora, qvam appellant, Africae occidentalis) ortorum; numerus specierum erat 82. Quarum, quod qvidem sciam, 42 antea non sunt descriptae; 13 harum ex mea sententia nova constituunt genera. De iis, quae antea sunt nota, quinque genera non sunt ex Africa adhuc allata, *Cymys,* genus in regionibus palae- et nearctica nec non in Bengalia inventum, *Phorticus* americanum genus, et genus *Dinia,* cuius in Philippinis tantum insulis fuit vestigium, nec non *Plagiorhamma,* genus ex Europa meridionali, et *Microvelia,* in Europa, Asia et America repertum genus. Duae aliae quoque species memorabiles sunt ob proximam specierum Philippinarum affinitatem: *Diplonotus vicinus* n. sp. nempe *D. inermicruri* Stål et *Poeantius gracilicornis* n. sp. *P. lineato* Stål maxime affines. Inter ceteras species, quae antea sunt notae, *Acrosternum Heegeri* et *Eusarcoris inconspicuus* usque ad medianas regiones et Maris interni litora Asiatica accedunt, quarum quidem haec a meridie usque in Caffraria evadit terram. *Cymys tabidus* solum in Bengalia inventus est. *Pamera gracilis* usque in Europa meridionali occurrit. *Dieuches armiger* Tunitanam terram attingit. *Pachy-*

*merus sordidus* antea in Guinea, Gaboon, Bengalia, Sina est repertus. Ceterae species nisi in meridianis aut occidentalibus Africae partibus nondum lectae sunt.

Seqvitur index specierum, a v. cl. Reitter emissarum, novis descriptiones adjungentur.

Scribebam Helsingforsiae m. Septembri a. 1882.

## Fam. **Arthropteridae.**

1. **Ceratocoris bucephalus** White.—Stål. Hem. Afr. I, 2, 1. En. Hem. V, 5, 1.

Ashante, 6 ♂, 3 ♀.

2 **Brachyplatys pallipes** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 8, 1. En. Hem. V, 8, 7.

Ashante, 2 ♀.

Specimen capite pronotoque, solum margine laterali excepto, nigris, a sequente pronoti marginibus lateralibus versus apicem fortius rotundato-dilatatis mox distingvendum.

3. **Brachyplatys incertus** n. sp.

Sat convexa, aenescenti-nigra, nitida, capite impicto; oculis pallidis; pronoti lateribus flaventibus scutelloque intra marginem liberum linea flavescente cincto, hac linea ante basin scutelli abbreviata, ipso margine scutelli inferne viso margineque corii flavescentibus; ventris limbo flavescenti, intus sinuoso; antennis, rostro pedibusque testaceis; scutello lateribus basin versus distincte sed remote punctato, apicem versus omnium subtilissime punctato, disco cum pronoto sub-laevi vel parce omnium subtilissime punctato; pronoto versus angulos anticos dense sed subtiliter punctato. Long. ♂ 5, ♀ $5\frac{1}{2}$ mm.

Addah, 2 ♂, 4 ♀.

4. **Coptosoma Murrayi** Sign. — Stål, Hem. Afr. I, 9, 1. En. Hem. V, 10, 5.

Ashante, 1 ♀.

5. **C. nigriceps** Sign. — Stål, Hem. Afr. I, 15, 11. En. Hem. V, 14, 33.

Addah, 3 exx.

Unicum specimen margine antico pronoti maculis quatuor flavis, quarum lateralibus minutis, gaudet.

*merus sordidus* antea in Guinea, Gaboon, Bengalia, Sina est repertus. Ceterae species nisi in meridianis aut occidentalibus Africae partibus nondum lectae sunt.

Seqvitur index specierum, a v. cl. Reitter emissarum, novis descriptiones adjungentur.

Scribebam Helsingforsiae m. Septembri a. 1882.

## Fam. **Arthropteridae.**

1. **Ceratocoris bucephalus** White.—Stål. Hem. Afr. I, 2, 1. En. Hem. V, 5, 1.

Ashante, 6 ♂, 3 ♀.

2 **Brachyplatys pallipes** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 8, 1. En. Hem. V, 8, 7.

Ashante, 2 ♀.

Specimen capite pronotoque, solum margine laterali excepto, nigris, a sequente pronoti marginibus lateralibus versus apicem fortius rotundato-dilatatis mox distingvendum.

3. **Brachyplatys incertus** n. sp.

Sat convexa, aenescenti-nigra, nitida, capite impicto; oculis pallidis; pronoti lateribus flaventibus scutelloque intra marginem liberum linea flavescente cincto, hac linea ante basin scutelli abbreviata, ipso margine scutelli inferne viso margineque corii flavescentibus; ventris limbo flavescenti, intus sinuoso; antennis, rostro pedibusque testaceis; scutello lateribus basin versus distincte sed remote punctato, apicem versus omnium subtilissime punctato, disco cum pronoto sub-laevi vel parce omnium subtilissime punctato; pronoto versus angulos anticos dense sed subtiliter punctato. Long. ♂ 5, ♀ $5\frac{1}{2}$ mm.

Addah, 2 ♂, 4 ♀.

4. **Coptosoma Murrayi** Sign. — Stål, Hem. Afr. I, 9, 1. En. Hem. V, 10, 5.

Ashante, 1 ♀.

5. **C. nigriceps** Sign. — Stål, Hem. Afr. I, 15, 11. En. Hem. V, 14, 33.

Addah, 3 exx.

Unicum specimen margine antico pronoti maculis quatuor flavis, quarum lateralibus minutis, gaudet.

6. **Proboenops dromedarius** White. — Stål, Hem. Afr. I, 18, 1. En. Hem. V, 16, 1.

Ashante, 1 ♀.

Antennae pedesque piceo-nigri, tarsis basi ferrugineis. Longitudo 9$^3/_4$ mm.

## Fam. **Cydnidae.**

7. **Cydnus pallidipennis** n. sp.

Piceo-niger, nitidus, antennis, rostro pedibusque ferrugineis, hemielytris sordide albidis; capite laevi solum lobis lateralibus subtilissime parcius punctulatis; antennis articulis tribus ultimis ovali-fusiformibus, longitudine aeqvalibus; pronoto basi qvam apice dimidio latiore, apice longitudine fere latiore, limbo apicali omnium subtilissime parce punctulato, disco pone medium remote parceque punctulato, limbo basali late laevi, lateribus punctis sparsis distinctioribus; scutello pronoto paullo longiore, ante apicem constricto, basi laevi excepta parcius sed distinctius punctato, leviter sub-ruguloso; hemielytris abdomen superantibus, sordide albidis vel eburneis, corio interne seriebus duabus suturae clavi parallelis externeque serie margini laterali subparallela punctatis, area media discoidali remote punctata, cetero laevibus; membrana albicante; canali ostiolario medium metasterni attingente, apice auriculato; spatio exteriore nitido metasterni interne longitudinaliter striguloso; pronoto margineque corii versus basin longe brunneo-ciliatis; capitis margine spinuloso. Long. 3$^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

Specimen in insula Madagascar inventum communicavit D. Lenz.

8. Gen. nov.?

Unicum specimen hujus speciei generi *Geotomo* M. et R. proximae D:no D:ri Signoret, auctori monographiae Cydnidarum in Ann. Soc. Ent. France hactenus ad partem tantum publicatae, communicavi. Auctorem eminentissimum in hoc opere descriptionem hujus speciei spero benevole daturum esse.

6. **Proboenops dromedarius** White. — Stål, Hem. Afr. I, 18, 1. En. Hem. V, 16, 1.

Ashante, 1 ♀.

Antennae pedesque piceo-nigri, tarsis basi ferrugineis. Longitudo $9^3/_4$ mm.

## Fam. **Cydnidae.**

7. **Cydnus pallidipennis** n. sp.

Piceo-niger, nitidus, antennis, rostro pedibusque ferrugineis, hemielytris sordide albidis; capite laevi solum lobis lateralibus subtilissime parcius punctulatis; antennis articulis tribus ultimis ovali-fusiformibus, longitudine aeqvalibus; pronoto basi qvam apice dimidio latiore, apice longitudine fere latiore, limbo apicali omnium subtilissime parce punctulato, disco pone medium remote parceque punctulato, limbo basali late laevi, lateribus punctis sparsis distinctioribus; scutello pronoto paullo longiore, ante apicem constricto, basi laevi excepta parcius sed distinctius punctato, leviter sub-ruguloso; hemielytris abdomen superantibus, sordide albidis vel eburneis, corio interne seriebus duabus suturae clavi parallelis externeque serie margini laterali subparallela punctatis, area media discoidali remote punctata, cetero laevibus; membrana albicante; canali ostiolario medium metasterni attingente, apice auriculato; spatio exteriore nitido metasterni interne longitudinaliter striguloso; pronoto margineque corii versus basin longe brunneo-ciliatis; capitis margine spinuloso. Long. $3^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

Specimen in insula Madagascar inventum communicavit D. Lenz.

8. Gen. nov.?

Unicum specimen hujus speciei generi *Geotomo* M. et R. proximae D:no D:ri Signoret, auctori monographiae Cydnidarum in Ann. Soc. Ent. France hactenus ad partem tantum publicatae, communicavi. Auctorem eminentissimum in hoc opere descriptionem hujus speciei spero benevole daturum esse.

## Fam. **Pentatomidae.**

### Subf. Scutellerina.

9. **Solenostethium Sehestedtii** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 5, 2. *Caeloglossa* id. Stål, Hem. Afr. I, 53, 2.
Ashante, 3 exx.

10. **Steganocerus multipunctatus** Thunb. — Stål, En. Hem. III, 6, 1. *Sphaerocoris* id. Stål, Hem. Afr. I, 50, 5.
Ashante, 13 exx. var c Stål (*argus* Fabr.)
Nitore valde variat.

11. **Sphaerocoris annulus** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 7, 2. *Sphaerocoris argus* Stål, Hem. Afr. I, 47, 2.
Addah, 1 ex. Ashante, 2 exx.
Variat superne colore stramineo opaco (Addah) vel olivaceo, nitente (Ashante).

12. **Sph. testudo grisea** De Geer — Stål, Hem. Afr. IV, p. 252. En Hem. III, 7, 4. *Sphaerocoris punctarius* Stål, Hem. Afr. I, 49, 4.
Ashante, 1 ex. var c Stål (*pardalinus* Schaum).

13. **Cryptacrus comes** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 22, 1. — *Graptocoris* id. Stål, Hem. Afr. I, 38, 1.
Ashante, 1 ex.

14. **Hotea subfasciata** Westw. — Stål, Hem. Afr. I, 54, 2. En. Hem. III, 25, 3.
Ashante, 2 exx.
Anguli laterales pronoti apice subito magis minusve acute acuminati variant.

### Subf. Pentatomina.

15. **Oncozygidea** n. g. (div. *Podoparia*).
Corpus angustius ovale; capite transverso, convexiusculo, pronoto breviore, lateribus ante oculos rectangulariter sinuato; marginibus ante sinum anteocularem parallelis, acutis, jugis deplanatis tylo longioribus et ante hunc contiguis, tylo tumidiusculo, bucculis anterius levissime, posterius magis elevatis; tuberculis antenniferis totis ultra margines laterales

## Fam. **Pentatomidae.**

### Subf. Scutellerina.

9. **Solenostethium Sehestedtii** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 5, 2. *Caeloglossa* id. Stål, Hem. Afr. I, 53, 2.

Ashante, 3 exx.

10. **Steganocerus multipunctatus** Thunb. — Stål, En. Hem. III, 6, 1. *Sphaerocoris* id. Stål, Hem. Afr. I, 50, 5.

Ashante, 13 exx. var c Stål (*argus* Fabr.)

Nitore valde variat.

11. **Sphaerocoris annulus** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 7, 2. *Sphaerocoris argus* Stål, Hem. Afr. I, 47, 2.

Addah, 1 ex. Ashante, 2 exx.

Variat superne colore stramineo opaco (Addah) vel olivaceo, nitente (Ashante).

12. **Sph. testudo grisea** De Geer — Stål, Hem. Afr. IV, p. 252. En Hem. III, 7, 4. *Sphaerocoris punctarius* Stål, Hem. Afr. I, 49, 4.

Ashante, 1 ex. var c Stål (*pardalinus* Schaum).

13. **Cryptacrus comes** Fabr. — Stål, En. Hem. III, 22, 1. — *Graptocoris* id. Stål, Hem. Afr. I, 38, 1.

Ashante, 1 ex.

14. **Hotea subfasciata** Westw. — Stål, Hem. Afr. I, 54, 2. En. Hem. III, 25, 3.

Ashante, 2 exx.

Anguli laterales pronoti apice subito magis minusve acute acuminati variant.

### Subf. Pentatomina.

15. **Oncozygidea** n. g. (div. *Podoparia*).

Corpus angustius ovale; capite transverso, convexiusculo, pronoto breviore, lateribus ante oculos rectangulariter sinuato; marginibus ante sinum anteocularem parallelis, acutis, jugis deplanatis tylo longioribus et ante hunc contiguis, tylo tumidiusculo, bucculis anterius levissime, posterius magis elevatis; tuberculis antenniferis totis ultra margines laterales

capitis prominentibus, acuminatis; oculis distincte stylatis; rostro coxas intermedias attingente, articulo primo bucculas haud superante; antennis articulo primo apicem clypei vix superante, secundo primo multo graciliore et circiter $^1/_4$ breviore, tertio secundo magis qvam duplo longiore, qvarto tertio fere breviore, qvinto secundo triplo longiore et qvarto crassiore, elongato-fusiformi; pronoto transverso, medio longitudine paullo minus qvam duplo latiore, angulis anticis in lobum externe late rotundatum, apice spiniformiter productum et interne oculorum marginem posticum subattingentem ampliatis, marginibus lateralibus anticis versus apicem angustatis, medio arcuato-ampliatis et ante angulos laterales in dentem acutum prominulis, his angulis igitur, uti videtur, sinuatis, disco medio transversim impresso, antice utrinqve annulo transverso laevigato externe in striam laevigatam producto; scutello corio longiore apicem abdominis fere attingente, abdomine angustiore, parte basali frenis instructa retrorsum leviter angustato, dein leviter ampliato, apice semicirculariter rotundato, basi utrinque oblique impresso, frenis brevibus; pedibus pilosulis, tibiis superne versus apicem planiusculis.

Generi *Melanophara* Stål affinis, capite convexiusculo, pronoto aliter constructo, tuberculis antenniferis brevioribus etc. divergens. Structura pronoti generi *Oncozygia* Stål ex America boreali similis, differt autem capite pronoto breviore, stuctura antennarum, scutelli parte basali lateribus distincte retrorsum angustata.

**Oncozygidea flavitarsis** n. sp.:

Nigra, distincte punctata, sordide fumato-flavicanti sericeo-subtomentosa, scutello gutta utrinque basali prope angulos basales tarsisque flavis; membrana albido-hyalina. Long. $5^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

16. **Atelocera serrata** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 93, 2. En. Hem. V, 46, 2.

Ashante, 1 ex.

capitis prominentibus, acuminatis; oculis distincte stylatis; rostro coxas intermedias attingente, articulo primo bucculas haud superante; antennis articulo primo apicem clypei vix superante, secundo primo multo graciliore et circiter $^1/_4$ breviore, tertio secundo magis qvam duplo longiore, qvarto tertio fere breviore, qvinto secundo triplo longiore et qvarto crassiore, elongato-fusiformi; pronoto transverso, medio longitudine paullo minus qvam duplo latiore, angulis anticis in lobum externe late rotundatum, apice spiniformiter productum et interne oculorum marginem posticum subattingentem ampliatis, marginibus lateralibus anticis versus apicem angustatis, medio arcuato-ampliatis et ante angulos laterales in dentem acutum prominulis, his angulis igitur, uti videtur, sinuatis, disco medio transversim impresso, antice utrinqve annulo transverso laevigato externe in striam laevigatam producto; scutello corio longiore apicem abdominis fere attingente, abdomine angustiore, parte basali frenis instructa retrorsum leviter angustato, dein leviter ampliato, apice semicirculariter rotundato, basi utrinque oblique impresso, frenis brevibus; pedibus pilosulis, tibiis superne versus apicem planiusculis.

Generi *Melanophara* Stål affinis, capite convexiusculo, pronoto aliter constructo, tuberculis antenniferis brevioribus etc. divergens. Structura pronoti generi *Oncozygia* Stål ex America boreali similis, differt autem capite pronoto breviore, stuctura antennarum, scutelli parte basali lateribus distincte retrorsum angustata.

**Oncozygidea flavitarsis** n. sp.:

Nigra, distincte punctata, sordide fumato-flavicanti sericeo-subtomentosa, scutello gutta utrinque basali prope angulos basales tarsisque flavis; membrana albido-hyalina. Long. $5^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

16. **Atelocera serrata** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 93, 2. En. Hem. V, 46, 2.

Ashante, 1 ex.

17. **Cocalus leucogrammus** Germ. — Stål, Hem. Afr. I, 119, 1. En. Hem. V, 54, 1.

Ashante, 1 ex.

18. **Caura pugillator** Fabr. — Stål, En. Hem. V, 77, 1. *Pentatoma (Caura)* id. Stål, Hem. Afr. I, 168, 46.

Ashante, 2 exx.

Anguli laterales pronoti longius vel brevius spiniformiter producti variant.

19. **Eusarcoris inconspicuus** H. Sch. — *Pentatoma (Eusarcoris) misella* Stål, Hem. Afr. I, 135, 1. *Stollia* id. Stål, En. Hem. V, 82, 9.

Addah, 1 ex.

Species per totam Africam usque ex Africa meridionali usque in Europa meridionali occurrit. Calli basales scutelli magni.

20. **Eusarcoris purpurissatus** n. sp.:

Sordide albido-flavescens, inferne subtilius et parcius nigro-punctatus, superne fortiter nigro-impresso-punctatus, pronoto parte dimidia postica, scutello lateribus versus apicem hemielytrisque sanguineis; capite nigricante, griseo-sericeo, lateribus ante oculos sat profunde sinuatis, angulo apicali obtuse latius rotundatis, tylo jugis paullulum longiore, marginibus jugorum, apice tyli, vittula utrinque ad ejus basin, vitta verticis ocellisque ferrugineis vel testaceis; antennis testaceis totis, articulis secundo et tertio longitudine aeqvalibus; pronoto lateribus anterioribus callosis sinuatis, angulis lateralibus ultra costam corii paullo prominentibus, rugis cicatricosis partis dimidiae anticae marginibusque anterioribus callosis flavescentibus, disco ad marginem anticum utrinque macula irregulari nigricante, griseo-sericea, flavo-conspersa, interne in striolam impressam nigricantem continuata, interdum maculis duabus interne stria conjunctis; scutello flavicante, frenis $^2/_5$ basales occupantibus, basi, lateribus et apice densius, disco parcius nigro-punctato, flavicante, macula utrinque laterali apiceque, linea media excepta, sordide fuscescenti-subsanguineis, basi corio ad humeros vix duplo et dimidio latiore, utrinque callo maximo oblongo leviter oblique flavo; membrana hyalina;

17. **Cocalus leucogrammus** Germ. — Stål, Hem. Afr. I, 119, 1. En. Hem. V, 54, 1.

Ashante, 1 ex.

18. **Caura pugillator** Fabr. — Stål, En. Hem. V, 77, 1. *Pentatoma (Caura)* id. Stål, Hem. Afr. I, 168, 46.

Ashante, 2 exx.

Anguli laterales pronoti longius vel brevius spiniformiter producti variant.

19. **Eusarcoris inconspicuus** H. Sch. — *Pentatoma (Eusarcoris) misella* Stål, Hem. Afr. I, 135, 1. *Stollia* id. Stål, En. Hem. V, 82, 9.

Addah, 1 ex.

Species per totam Africam usque ex Africa meridionali usque in Europa meridionali occurrit. Calli basales scutelli magni.

20. **Eusarcoris purpurissatus** n. sp.:

Sordide albido-flavescens, inferne subtilius et parcius nigro-punctatus, superne fortiter nigro-impresso-punctatus, pronoto parte dimidia postica, scutello lateribus versus apicem hemielytrisque sanguineis; capite nigricante, griseo-sericeo, lateribus ante oculos sat profunde sinuatis, angulo apicali obtuse latius rotundatis, tylo jugis paullulum longiore, marginibus jugorum, apice tyli, vittula utrinque ad ejus basin, vitta verticis ocellisque ferrugineis vel testaceis; antennis testaceis totis, articulis secundo et tertio longitudine aeqvalibus; pronoto lateribus anterioribus callosis sinuatis, angulis lateralibus ultra costam corii paullo prominentibus, rugis cicatricosis partis dimidiae anticae marginibusque anterioribus callosis flavescentibus, disco ad marginem anticum utrinque macula irregulari nigricante, griseo-sericea, flavo-conspersa, interne in striolam impressam nigricantem continuata, interdum maculis duabus interne stria conjunctis; scutello flavicante, frenis $^2/_5$ basales occupantibus, basi, lateribus et apice densius, disco parcius nigro-punctato, flavicante, macula utrinque laterali apiceque, linea media excepta, sordide fuscescenti-subsanguineis, basi corio ad humeros vix duplo et dimidio latiore, utrinque callo maximo oblongo leviter oblique flavo; membrana hyalina;

ventre medio laevi aeneo-nigro, lateribus sub-vittatim nigro-punctato, spiraculis pallidis, interne autem ad illa puncto nigro; apicibus segmentorum connexivi nigris; femoribus inferne ante apicem punctis duobus nigris; tibiis superne distincte sulcatis. Long. ♂ $4^3/_4$, ♀ $5^3/_4$ mm.

Ashante, 1 ♀. Addah 1 ♂, 1 ♀.

Quoad structuram pronoti *E. perlato* Fabr. simillimus, differt structura capitis et antennarum, scutello basi angustiore ejusque callis basalibus minus oblique positis nec non punctura rugositateque fortiore.

21. **Carbula trisignata** Germ. — Stål, En. Hem. V, 83, 4. *Pentatoma (Carbula) trisignata* Stål, Hem. Afr. I, 142, 11.

Ashante, 2 ♂.

Specimina haecce angulis lateralibus pronoti quam in speciminibus in museo Holmiae asservatis paullo fortius productis gaudent, cetero autem in omnibus conveniunt.

22. **Durmia nigrispina** n. sp.:

Obovata, dilute straminea, supra nigro-punctata; pronoti marginibus lateralibus anticis crenulatis, sinuatis, angulis lateralibus in spinam totam nigram extrorsum et leviter antrorsum vergentem productis, margine postico hujus spinae margini pronoti inter costam corii et angulum basalem scutelli longitudine aequali, disco medio ruga subtili transversa laevi parum distincta; scutello basi, lateribus et apice densius punctato, disco remotissime punctato, ante medium utrinque vitta obliqua laterali sublaevigata sulphurea; hemielytris, limbo laterali corii sulphureo concoloriter punctato excepto, levissime incarnatis, membrana vitrea; abdomine dorso nigro, connexivo stramineo, angulis apicalibus segmentorum acutiusculis, prominulis, angulis apicalibus segmenti ultimi acute productis; pectore parce nigro-punctato, prope coxas maculis minutis tribus nigris notato; ventre dilute punctato, disco late laevi, utrinque vitta nigro-punctata ornato; antennis articulo tertio secundo vix duplo breviore; femoribus inferne pone medium punctis duobus nigris. Long. ♀ $7^3/_4$, cum membrana $8^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♀.

ventre medio laevi aeneo-nigro, lateribus sub-vittatim nigro-punctato, spiraculis pallidis, interne autem ad illa puncto nigro; apicibus segmentorum connexivi nigris; femoribus inferne ante apicem punctis duobus nigris; tibiis superne distincte sulcatis. Long. ♂ $4^3/_4$, ♀ $5^3/_4$ mm.

Ashante, 1 ♀. Addah 1 ♂, 1 ♀.

Quoad structuram pronoti *E. perlato* Fabr. simillimus, differt structura capitis et antennarum, scutello basi angustiore ejusque callis basalibus minus oblique positis nec non punctura rugositateque fortiore.

21. **Carbula trisignata** Germ. — Stål, En. Hem. V, 83, 4. *Pentatoma (Carbula) trisignata* Stål, Hem. Afr. I, 142, 11.

Ashante, 2 ♂.

Specimina haecce angulis lateralibus pronoti quam in speciminibus in museo Holmiae asservatis paullo fortius productis gaudent, cetero autem in omnibus conveniunt.

22. **Durmia nigrispina** n. sp.:

Obovata, dilute straminea, supra nigro-punctata; pronoti marginibus lateralibus anticis crenulatis, sinuatis, angulis lateralibus in spinam totam nigram extrorsum et leviter antrorsum vergentem productis, margine postico hujus spinae margini pronoti inter costam corii et angulum basalem scutelli longitudine aequali, disco medio ruga subtili transversa laevi parum distincta; scutello basi, lateribus et apice densius punctato, disco remotissime punctato, ante medium utrinque vitta obliqua laterali sublaevigata sulphurea; hemielytris, limbo laterali corii sulphureo concoloriter punctato excepto, levissime incarnatis, membrana vitrea; abdomine dorso nigro, connexivo stramineo, angulis apicalibus segmentorum acutiusculis, prominulis, angulis apicalibus segmenti ultimi acute productis; pectore parce nigro-punctato, prope coxas maculis minutis tribus nigris notato; ventre dilute punctato, disco late laevi, utrinque vitta nigro-punctata ornato; antennis articulo tertio secundo vix duplo breviore; femoribus inferne pone medium punctis duobus nigris. Long. ♀ $7^3/_4$, cum membrana $8^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♀.

*D. capreolae* Stål et *haedulae* Stål affinis, differt angulis pronoti lateralibus in spinam minus longe productis totis nigris.

23. **D. vittiventris** n. sp.:

Ob-ovata, inferne straminea, superne fuscescenti- vel olivaceo-straminea, sat dense nigro-punctata; pronoto marginibus lateralibus anticis sinuatis, ante medium sat obsolete crenulatis, sub-callosis, angulis lateralibus in spinam longiorem acutam totam nigram extrorsum et sursum vergentem productis, margine postico hujus spinae margine pronoti inter costam et angulum basalem scutelli longiore, disco ruga transversali obsoleta; scutello basi lateribus et ante apicem densius punctato, disco apiceque parce punctato, basi utrinque macula basali majuscula callosa laevigata; hemielytris etiam in limbo externo nigro-punctatis, solum margine angusto basin versus concoloriter punctato; membrana vitrea; abdomine dorso nigro, connexivo stramineo, margine basali segmentorum anguste nigricante, angulis apicalibus segmentorum rectis, haud productis; ventre subtiliter irregulariter aciculato, vitta media laevigata nigra, disco punctis perpaucis nigris, lateribus vitta dense nigro-punctata: spiraculis, maculis tribus parvis pectoris nigro-punctati prope coxas nec non punctis duobus pone medium femorum nigris, his interdum deficientibus; antennis articulo secundo tertio dimidio longiore; bucculis postice in angulum acutum retrorsum prominulis. Long. ♂ $7^3/_4$, ♀ 8, cum membrana $8^1/_2$ mm.

Ashante, 1 ♂, 1 ♀.

*D. tomentiventri* Germ. affinis, antennis longioribus et gracilioribus, pronoti spinis lateralibus totis nigris minus antrorsum vergentibus, scutello minus longe acuminato, ventre magis convexo coloreque multo obscuriore divergens.

24. **Stenozygum alienatum** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 184, 3. En. Hem. V, 86, 7.

Addah, 1 ♀, 1 larva.

25. **Acrosternum Heegeri** Fieb., Eur. Hem. p. 331.

Addah, 1 ♀.

*D. capreolae* Stål et *haedulae* Stål affinis, differt angulis pronoti lateralibus in spinam minus longe productis totis nigris.

23. **D. vittiventris** n. sp.:

Ob-ovata, inferne straminea, superne fuscescenti- vel olivaceo-straminea, sat dense nigro-punctata; pronoto marginibus lateralibus anticis sinuatis, ante medium sat obsolete crenulatis, sub-callosis, angulis lateralibus in spinam longiorem acutam totam nigram extrorsum et sursum vergentem productis, margine postico hujus spinae margine pronoti inter costam et angulum basalem scutelli longiore, disco ruga transversali obsoleta; scutello basi lateribus et ante apicem densius punctato, disco apiceque parce punctato, basi utrinque macula basali majuscula callosa laevigata; hemielytris etiam in limbo externo nigro-punctatis, solum margine angusto basin versus concoloriter punctato; membrana vitrea; abdomine dorso nigro, connexivo stramineo, margine basali segmentorum anguste nigricante, angulis apicalibus segmentorum rectis, haud productis; ventre subtiliter irregulariter aciculato, vitta media laevigata nigra, disco punctis perpaucis nigris, lateribus vitta dense nigro-punctata: spiraculis, maculis tribus parvis pectoris nigro-punctati prope coxas nec non punctis duobus pone medium femorum nigris, his interdum deficientibus; antennis articulo secundo tertio dimidio longiore; bucculis postice in angulum acutum retrorsum prominulis. Long. ♂ $7^3/_4$, ♀ 8, cum membrana $8^1/_2$ mm.

Ashante, 1 ♂, 1 ♀.

*D. tomentiventri* Germ. affinis, antennis longioribus et gracilioribus, pronoti spinis lateralibus totis nigris minus antrorsum vergentibus, scutello minus longe acuminato, ventre magis convexo coloreque multo obscuriore divergens.

24. **Stenozygum alienatum** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 184, 3. En. Hem. V, 86, 7.

Addah, 1 ♀, 1 larva.

25. **Acrosternum Heegeri** Fieb., Eur. Hem. p. 331.

Addah, 1 ♀.

Species hactenus solum e regione palaearctica (Europa meridionali, Syria, Algeria) cognita.

26. **Nezara viridula** Fabr. — Stål, En. Hem. II. p. 41, V. 91, 1,

Ashante, 1 ♀.

Subf. Asopina.

27. **Dorycoris nudiventris** Stål. En. Hem. I. 36. 2. *Claudia* id. Stål, Hem. Afr. I, 75. 2.

Ashante, 2 exx., Addah. 8 exx.

28. **Platynopus rostratus** Drury. — Stål, Hem. Afr. I, 70, 2. En. Hem. I, 40, 4.

Ashante, 1 ♂.

29. **Afrius purpureus** Westw. — *Cimex (Afrius)* id. Stål, En. Hem. I, 44, 2. *Canthecona yolofa* Stål, Hem. Afr. I, 67, 2.

Ashante, 1 ex. var. *marginella* Dall.

Subf. Tessarotomina.

30. **Piezosternum calidum** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 228, 1. En. Hem. I, 63, 1.

Ashante, 1 ♂.

31. **Cyclogastridea** n. g.:

Corpore plano, capite foliaceo. triangulari, apice rotundato, lobis lateralibus tylo multo longioribus et ante hunc contiguis, tuberculis antenniferis a supero haud distinguendis. inermibus, bucculis modice elevatis, retrorsum debilioribus et evanescentibus; ocellis inter se quam ab oculis tantum paullo magis distantibus; rostro brevi, coxas anticas attingente, articulo primo bucculas haud superante, secundo duobus ultimis simul sumtis longitudine aequali: antennis brevibus, quadri-articulatis, articulis cylindricis (ultimus deest), primo capitis apicem haud attingente, secundo tertio dimidio longiore; pronoto angulis posticis obtusissimis rotundatis. marginibus lateralibus anticis arcuato-rotundatis, acutis, subtilissime serrulatis; scutello triangulari, fere aequelatero, apice ipso breviter producto et marginibus parallelo. frenis latis fere ad apicem scutelli extensis; margine costali hemielytrorum anterius

Species hactenus solum e regione palaearctica (Europa meridionali, Syria, Algeria) cognita.

26. **Nezara viridula** Fabr. — Stål, En. Hem. II. p. 41, V. 91, 1,

Ashante, 1 ♀.

Subf. Asopina.

27. **Dorycoris nudiventris** Stål. En. Hem. I. 36. 2. *Claudia* id. Stål, Hem. Afr. I, 75. 2.

Ashante, 2 exx., Addah. 8 exx.

28. **Platynopus rostratus** Drury. — Stål, Hem. Afr. I, 70, 2. En. Hem. I, 40, 4.

Ashante, 1 ♂.

29. **Afrius purpureus** Westw. — *Cimex (Afrius)* id. Stål, En. Hem. I, 44, 2. *Canthecona yolofa* Stål, Hem. Afr. I, 67, 2.

Ashante, 1 ex. var. *marginella* Dall.

Subf. Tessarotomina.

30. **Piezosternum calidum** Fabr. — Stål, Hem. Afr. I, 228, 1. En. Hem. I, 63, 1.

Ashante, 1 ♂.

31. **Cyclogastridea** n. g.:

Corpore plano, capite foliaceo, triangulari, apice rotundato, lobis lateralibus tylo multo longioribus et ante hunc contiguis, tuberculis antenniferis a supero haud distinguendis, inermibus, bucculis modice elevatis, retrorsum debilioribus et evanescentibus; ocellis inter se quam ab oculis tantum paullo magis distantibus; rostro brevi, coxas anticas attingente, articulo primo bucculas haud superante, secundo duobus ultimis simul sumtis longitudine aequali: antennis brevibus, quadriarticulatis, articulis cylindricis (ultimus deest), primo capitis apicem haud attingente, secundo tertio dimidio longiore; pronoto angulis posticis obtusissimis rotundatis, marginibus lateralibus anticis arcuato-rotundatis, acutis, subtilissime serrulatis; scutello triangulari, fere aequelatero, apice ipso breviter producto et marginibus parallelo, frenis latis fere ad apicem scutelli extensis; margine costali hemielytrorum anterius

obtuse angulato et ante angulum obsolete serrulato, membrana venis numerosis e margine basali emissis instructa; prosterno medio impressione longitudinali obtusa; mesosterno carina ubique aeque alta; metasterno cruciato-elevato, parte elevata carinato-compressa; abdomine circulari, hemielytris latiore, connexivo late dilatato, segmentis margine externo acuto late rotundatis, subtiliter serrulatis, segmento maris genitali exserto, superne excavato, forcipibus detectis; ventre segmento secundo basi sub-mutico; pedibus brevibus, femoribus inermibus, tibiis superne fortiter sulcatis, tarsis biarticulatis.

A genere *Cyclogaster* Westw. antennis cylindricis, haud depressis, bucculis posterius debilioribus, haud percurrentibus, ocellis inter se quam ab oculis solum paullo longius remotis, pronoti lateribus minus fortiter ampliatis et arcuatis, abdominis lateribus undulatis, carina mesosterni debiliore, ubique altitudine aeqvali, parte cruciato-elevata mesosterni carinae-formi haud excavata divergens.

**C. nigromarginalis** n. sp.:

Olivaceo-flavescens, dense punctata, pectore parcius subtilissime punctato, ventre sublaevi, hemielytris obsoletissime sed dense punctatis; imis marginibus capitis, laterum anticorum pronoti, corii ante angulum nec non abdominis nigris, limbo laterali pronoti, corii et abdominis mox intra marginem nigrum apiceque scutelli obsolete sangvineis. Long. ♂ 16, lat. $11^1/_2$ mm.

Ashante, 1 ♂.

## Subf. Dinidorina.

32. **Aspongopus angulatus** n. sp.:

Fuliginosus, sub-cupreo-micans, inferne obscurior; capite transverso, apice distincte inciso, marginibus lateralibus distinctissime sinuatis, lobis lateralibus antice contiguis; oculis levius stylatis; rostro coxas intermedias vix attingente; antennis nigris, articulo secundo tertio circiter $^1/_4$ longiore, quarto subcompresso et subsulcato, duobus praecedentibus simul sumtis distincte breviore (ultimus deest); pronoto marginibus lateralibus anticis rectis, anguste reflexis, angulis la-

obtuse angulato et ante angulum obsolete serrulato, membrana venis numerosis e margine basali emissis instructa; prosterno medio impressione longitudinali obtusa; mesosterno carina ubique aeque alta; metasterno cruciato-elevato, parte elevata carinato-compressa; abdomine circulari, hemielytris latiore, connexivo late dilatato, segmentis margine externo acuto late rotundatis, subtiliter serrulatis, segmento maris genitali exserto, superne excavato, forcipibus detectis; ventre segmento secundo basi sub-mutico; pedibus brevibus, femoribus inermibus, tibiis superne fortiter sulcatis, tarsis biarticulatis.

A genere *Cyclogaster* Westw. antennis cylindricis, haud depressis, bucculis posterius debilioribus, haud percurrentibus, ocellis inter se quam ab oculis solum paullo longius remotis, pronoti lateribus minus fortiter ampliatis et arcuatis, abdominis lateribus undulatis, carina mesosterni debiliore, ubique altitudine aeqvali, parte cruciato-elevata mesosterni carinae-formi haud excavata divergens.

**C. nigromarginalis** n. sp.:

Olivaceo-flavescens, dense punctata, pectore parcius subtilissime punctato, ventre sublaevi, hemielytris obsoletissime sed dense punctatis; imis marginibus capitis, laterum anticorum pronoti, corii ante angulum nec non abdominis nigris, limbo laterali pronoti, corii et abdominis mox intra marginem nigrum apiceque scutelli obsolete sangvineis. Long. ♂ 16, lat. $11^1/_2$ mm.

Ashante, 1 ♂.

Subf. Dinidorina.

32. **Aspongopus angulatus** n. sp.:

Fuliginosus, sub-cupreo-micans, inferne obscurior; capite transverso, apice distincte inciso, marginibus lateralibus distinctissime sinuatis, lobis lateralibus antice contiguis; oculis levius stylatis; rostro coxas intermedias vix attingente; antennis nigris, articulo secundo tertio circiter $^1/_4$ longiore, quarto subcompresso et subsulcato, duobus praecedentibus simul sumtis distincte breviore (ultimus deest); pronoto marginibus lateralibus anticis rectis, anguste reflexis, angulis la-

teralibus rotundatis ultra costam corii distincte prominentibus, disco transversim distincte rugoso, sat dense impresso-punctato; scutello transversim rugoso, densissime quam thorace autem paullo subtilius punctato; hemielytris margine apicali late rotundatis, intricato-rugosis, parte apicali excepta subtiliter parcius punctulatis; membrana fuliginosa, venis ultra medium in areolas permultas conjunctis; prosterno medio triangulariter depresso, marginibus impressionis haud elevatis; ventre fortiter convexo, lateribus intricato-rugoso, disco glabro, omnium subtilissime punctulato; femoribus inferne distincte spinosis, tibiis basin versus subferrugineis, posticis basi leviter incurvatis et ante medium inferne sub-dilatatis. Long. ♀ 20 mm.

Ashante, 1 ♀.

*A. divergenti* Dist. affinis videtur.

## Fam. **Coreidae.**

### Subf. Coreina.

33. **Acanthocoris fasciculatus** Fabr. — Stål, Hem. Afr. II, 57, 7. En. Hem. III, 71, 9.

Addah, 1 ♂.

34. **Cletus ochraceus** H. S. — Stål, Hem. Afr. II, 77, 5. En. Hem. III, 78, 13.

Addah, 1 ex.

35. **Cletomorpha lancigera** Fabr. — Stål, En. Hem. 79, 2. *Cletus lanciger* Stål, Hem. Afr. II, 79, 8.

Addah, 1 ex.

### Subf. Pseudophloeina.

36. **Acanthomia horrida** Germ. — Stål, En. Hem. III, 83, 5. *Clavigralla* id. Stål, Hem. Afr. II, 108, 4.

Addah, 2 exx.

37. **Mevanidea** n. g.:

Corpus oblongum, compressum; capite usque ad apicem tuberculorum antenniferorum subqvadrato, inter bases antennarum sat producto, ubique spinulis compluribus armato; tuberculis antenniferis simplicibus; oculis prominulis; rostro apicem coxarum intermediarum paullulum superante, articulo

teralibus rotundatis ultra costam corii distincte prominentibus, disco transversim distincte rugoso, sat dense impresso-punctato; scutello transversim rugoso, densissime quam thorace autem paullo subtilius punctato; hemielytris margine apicali late rotundatis, intricato-rugosis, parte apicali excepta subtiliter parcius punctulatis; membrana fuliginosa, venis ultra medium in areolas permultas conjunctis; prosterno medio triangulariter depresso, marginibus impressionis haud elevatis; ventre fortiter convexo, lateribus intricato-rugoso, disco glabro, omnium subtilissime punctulato; femoribus inferne distincte spinosis, tibiis basin versus subferrugineis, posticis basi leviter incurvatis et ante medium inferne sub-dilatatis. Long. ♀ 20 mm.

Ashante, 1 ♀.

*A. divergenti* Dist. affinis videtur.

## Fam. **Coreidae.**

### Subf. Coreina.

33. **Acanthocoris fasciculatus** Fabr. — Stål, Hem. Afr. II, 57, 7. En. Hem. III, 71, 9.

Addah, 1 ♂.

34. **Cletus ochraceus** H. S. -- Stål, Hem. Afr. II, 77, 5. En. Hem. III, 78, 13.

Addah, 1 ex.

35. **Cletomorpha lancigera** Fabr. — Stål, En. Hem. 79, 2. *Cletus lanciger* Stål, Hem. Afr. II, 79, 8.

Addah, 1 ex.

### Subf. Pseudophloeina.

36. **Acanthomia horrida** Germ. — Stål, En. Hem. III, 83, 5. *Clavigralla* id. Stål, Hem. Afr. II, 108, 4.

Addah, 2 exx.

37. **Mevanidea** n. g.:

Corpus oblongum, compressum; capite usque ad apicem tuberculorum antenniferorum subqvadrato, inter bases antennarum sat producto, ubique spinulis compluribus armato; tuberculis antenniferis simplicibus; oculis prominulis; rostro apicem coxarum intermediarum paullulum superante, articulo

quarto secundo longiore, primo pone oculos haud extenso; antennis articulo primo latitudini basali capitis longitudine aequali, basin versus gracili, a medio subito clavato-incrassato, spinoso, articulis secundo et tertio gracilibus, ultimo fusiformi, primi longitudine; pronoto valde declivi, granulis et tuberculis adsperso, angulis lateralibus acutissime extrorsum productis, margine basali utrinque prope angulos basales scutelli spina horizontali retrorsum vergente, disco carinis longitudinalibus tuberculatis; scutello convexiusculo, granuloso, apice calloso; hemielytris (♀) abdomine brevioribus; margine postico prostethii prope angulos posticos distincte sinuato; abdominis margine, excepta spina augulorum apicalium segmentorum, inermi; femoribus granulosis, posterioribus inferne spinosis, posticis fortius clavatis, ipsa basi interne tuberculo destituto, tibiis simplicibus, posticis femoribus tertia fere parte brevioribus, tarsis posticis articulo primo apicalibus duobus ad unum aeque longo.

A genere *Mevania* Stål, cui capite multispinoso structuraqu eantennarum sat similis, divergit rostro breviore, scutello convexo, femoribus basi interne tuberculo destitutis, tibiis multo brevioribus. A genere *Clavigralla* Spin., Stål, cui maxime affinis, capite spinoso etc. mox distinguenda.

**M. granulifera** n. sp.:

Castaneo-ferruginea, inferne ferruginea; capite multispinoso, spinis duabus porrectis ante apicem, medio spinis duabus longis basi late distantibus et maxime divergentibus, in tertia basali parte etiam spinis duabus magis conspicuis, sed intermediis brevioribus, basi valde appropinquatis, apice divergentibus; antennis dimidio corpore parum longioribus, flavotestaceis, clava articuli primi articuloque ultimo, basi excepta, ferrugineis, articulo secundo primo paullo longiore et tertio $^1/_3$ breviore, tertio et secundo minute granulatis; pronoto limbo laterali posteriore carinisque tribus longitudinalibus elevatis, tubercula nigricantia ferentibus, carina intermedia tamen solum basi distinguenda, antice in lineam longitudinalem fuscam continuata, pronoto antice in parte declivi serie transversali tuberculorum nigricantium vel fuscorum; scutello apice

quarto secundo longiore, primo pone oculos haud extenso; antennis articulo primo latitudini basali capitis longitudine aequali, basin versus gracili, a medio subito clavato-incrassato, spinoso, articulis secundo et tertio gracilibus, ultimo fusiformi, primi longitudine; pronoto valde declivi, granulis et tuberculis adsperso, angulis lateralibus acutissime extrorsum productis, margine basali utrinque prope angulos basales scutelli spina horizontali retrorsum vergente, disco carinis longitudinalibus tuberculatis; scutello convexiusculo, granuloso, apice calloso; hemielytris (♀) abdomine brevioribus; margine postico prostethii prope angulos posticos distincte sinuato; abdominis margine, excepta spina augulorum apicalium segmentorum, inermi; femoribus granulosis, posterioribus inferne spinosis, posticis fortius clavatis, ipsa basi interne tuberculo destituto, tibiis simplicibus, posticis femoribus tertia fere parte brevioribus, tarsis posticis articulo primo apicalibus duobus ad unum aeque longo.

A genere *Mevania* Stål, cui capite multispinoso structuraqu eantennarum sat similis, divergit rostro breviore, scutello convexo, femoribus basi interne tuberculo destitutis, tibiis multo brevioribus. A genere *Clavigralla* Spin., Stål, cui maxime affinis, capite spinoso etc. mox distinguenda.

**M. granulifera** n. sp.:

Castaneo-ferruginea, inferne ferruginea; capite multispinoso, spinis duabus porrectis ante apicem, medio spinis duabus longis basi late distantibus et maxime divergentibus, in tertia basali parte etiam spinis duabus magis conspicuis, sed intermediis brevioribus, basi valde appropinquatis, apice divergentibus; antennis dimidio corpore parum longioribus, flavotestaceis, clava articuli primi articuloque ultimo, basi excepta, ferrugineis, articulo secundo primo paullo longiore et tertio $^1/_3$ breviore, tertio et secundo minute granulatis; pronoto limbo laterali posteriore carinisque tribus longitudinalibus elevatis, tubercula nigricantia ferentibus, carina intermedia tamen solum basi distinguenda, antice in lineam longitudinalem fuscam continuata, pronoto antice in parte declivi serie transversali tuberculorum nigricantium vel fuscorum; scutello apice

calloso flavotestaceo vel pallide ferrugineo; hemielytris pallide ferrugineis, granulis fuscis seriatim conspersis, fusco-maculatis, in angulo corii interno striola transversali distinctiore pallida; membrana hyalina, castaneo-maculata, medio macula magna transversali a margine externo usque ad tertiam interiorem partem producta obscure castaneo-fusca; abdomine marginibus basalibus segmentorum pallidioribus; femoribus versus apicem obscure castaneo-fuscis, intermediis inferne spinis duabus, posticis spinis tribus longis, inter qvas spinulis vel stylis brevioribus; tibiis pallide flavo-ferrugineis, castaneo-fusco-adspersis, tarsis pallidis, apice articulorum castaneis. Long. ♀ 7 mm.

Addah, 1 ♀.

38. **Mevaniomorpha** n. g.:

Corpus oblongo-ovatum; capite, pronoto, scutello, pectore hemielytris, antennis pedibusque granulosis; capite inermi, ante tubercula antennifera sat producto, his leviter divergentibus et apice externe dentato-productis, bucculis brevibus, oculis prominulis; rostro coxas intermedias attingente, articulo quarto secundo distinctissime breviore, primo pone oculos haud extenso; antennis articulo primo versus apicem sensim incrassato, secundo primo paullo longiore et tertio paullo breviore, secundo et tertio gracilibus, quarto elongato-fusiformi primo paullo breviore; pronoto versus apicem valde declivi, angulis lateralibus in spinam productis, margine posteriore inter spinas laterales sensim rotundato, versus latera crenulato; scutello subaeqvilatero, plano, ipso apice calloso-elevato; hemielytris abdominis longitudine (♀), abdomine angustioribus; mesosterno et metasterno distincte sulcatis; abdominis margine, excepta spina angulorum apicalium segmentorum, inermi; femoribus posterioribus inferne versus apicem spinulosis, posticis clavato-incrassatis, basi interne tuberculo parvulo distincto, tibiis simplicibus. posticis femoribus parum brevioribus, tarsis posticis articulo primo duobus ultimis ad unum aeque longo.

**M. annulipes** n. sp.:

Ferruginea; pronoto vitta anteriore nigro-fusca, margi-

calloso flavotestaceo vel pallide ferrugineo; hemielytris pallide ferrugineis, granulis fuscis seriatim conspersis, fusco-maculatis, in angulo corii interno striola transversali distinctiore pallida; membrana hyalina, castaneo-maculata, medio macula magna transversali a margine externo usque ad tertiam interiorem partem producta obscure castaneo-fusca; abdomine marginibus basalibus segmentorum pallidioribus; femoribus versus apicem obscure castaneo-fuscis, intermediis inferne spinis duabus, posticis spinis tribus longis, inter qvas spinulis vel stylis brevioribus; tibiis pallide flavo-ferrugineis, castaneo-fusco-adspersis, tarsis pallidis, apice articulorum castaneis. Long. ♀ 7 mm.

Addah, 1 ♀.

38. **Mevaniomorpha** n. g.:

Corpus oblongo-ovatum; capite, pronoto, scutello, pectore hemielytris, antennis pedibusque granulosis; capite inermi, ante tubercula antennifera sat producto, his leviter divergentibus et apice externe dentato-productis, bucculis brevibus, oculis prominulis; rostro coxas intermedias attingente, articulo quarto secundo distinctissime breviore, primo pone oculos haud extenso; antennis articulo primo versus apicem sensim incrassato, secundo primo paullo longiore et tertio paullo breviore, secundo et tertio gracilibus, quarto elongato-fusiformi primo paullo breviore; pronoto versus apicem valde declivi, angulis lateralibus in spinam productis, margine posteriore inter spinas laterales sensim rotundato, versus latera crenulato; scutello subaeqvilatero, plano, ipso apice calloso-elevato; hemielytris abdominis longitudine (♀), abdomine angustioribus; mesosterno et metasterno distincte sulcatis; abdominis margine, excepta spina angulorum apicalium segmentorum, inermi; femoribus posterioribus inferne versus apicem spinulosis, posticis clavato-incrassatis, basi interne tuberculo parvulo distincto, tibiis simplicibus. posticis femoribus parum brevioribus, tarsis posticis articulo primo duobus ultimis ad unum aeque longo.

**M. annulipes** n. sp.:

Ferruginea; pronoto vitta anteriore nigro-fusca, margi-

nibus lateralibus anticis spinis duabus nigro-fuscis armatis, angulis lateralibus in spinam longam acutam extrorsum vergentem antice basi tuberculo nigricante armatam productis; scutello apice ipso flavo-testaceo; hemielytris testaceis vel pallide flavo-ferrugineis, granulis ferrugineis conspersis, commissura clavi, margine apicali corii, macula paullo pone angulum internum corii striolisque longitudinalibus 4—5 in parte basali venae externae corii nigro-fuscis; membrana fuscescenti-maculosa; dorso abdominis pallide flavo-testaceo vel fere stramineo, connexivo segmentis 1—4 obscure fuscis, fascia sat angusta basali straminea, segmentis quinto et sexto stramineis, basi et apice nec non lineola media marginali nigrofuscis; ventre fusco-maculato; pedibus pallide flavo-testaceis, femoribus, basi excepta, dense fusco-maculatis, tibiis basi, apice annuloque medio tarsisque dimidio apicali obscure fuscis. Long. ♀ 9 mm.

Addah, 1 ♀.

## Fam. **Lygaeidae.**

### Subf. Lygaeina.

39. **Mesostates** n. g.:

Corpus minus depressum; capite sub-porrecto, leviter declivi, triangulari, inter bases antennarum longe producto, latitudine sat multo longiore, bucculis brevibus, tylo ultra loras prominente, tuberculis antenniferis apice acutiusculis; rostro medium abdominis superante, articulo primo capitis longitudine; antennis gracilibus, articulo primo apicem capitis haud attingente, secundo tertio parum longiore, quarto elongato-fusiformi; pronoto punctato, in tertia antica parte depresso, disco postico versus apicem declivi, lateribus ante medium sinuatis et dein versus apicem leviter rotundatis, margine toto postico convexo-declivi; scutello aeqvilatero, carina transversali basali arcuata vel angulata aliaque longitudinali in apicem producta, basi abbreviata; hemielytris margine corii apicali toto recto, margine laterali versus basin recto ante medium versus apicem late arcuato, clavo margine scutellari et commissura seriato-punctatis serieque punctorum utrinque juxta venam suturae clavi parallelam, corio serie

nibus lateralibus anticis spinis duabus nigro-fuscis armatis, angulis lateralibus in spinam longam acutam extrorsum vergentem antice basi tuberculo nigricante armatam productis; scutello apice ipso flavo-testaceo; hemielytris testaceis vel pallide flavo-ferrugineis, granulis ferrugineis conspersis, commissura clavi, margine apicali corii, macula paullo pone angulum internum corii striolisque longitudinalibus 4—5 in parte basali venae externae corii nigro-fuscis; membrana fuscescenti-maculosa; dorso abdominis pallide flavo-testaceo vel fere stramineo, connexivo segmentis 1—4 obscure fuscis, fascia sat angusta basali straminea, segmentis quinto et sexto stramineis, basi et apice nec non lineola media marginali nigro-fuscis; ventre fusco-maculato; pedibus pallide flavo-testaceis, femoribus, basi excepta, dense fusco-maculatis, tibiis basi, apice annuloque medio tarsisque dimidio apicali obscure fuscis. Long. ♀ 9 mm.

Addah, 1 ♀.

## Fam. **Lygaeidae.**

### Subf. Lygaeina.

39. **Mesostates** n. g.:

Corpus minus depressum; capite sub-porrecto, leviter declivi, triangulari, inter bases antennarum longe producto, latitudine sat multo longiore, bucculis brevibus, tylo ultra loras prominente, tuberculis antenniferis apice acutiusculis; rostro medium abdominis superante, articulo primo capitis longitudine; antennis gracilibus, articulo primo apicem capitis haud attingente, secundo tertio parum longiore, quarto elongato-fusiformi; pronoto punctato, in tertia antica parte depresso, disco postico versus apicem declivi, lateribus ante medium sinuatis et dein versus apicem leviter rotundatis, margine toto postico convexo-declivi; scutello aeqvilatero, carina transversali basali arcuata vel angulata aliaque longitudinali in apicem producta, basi abbreviata; hemielytris margine corii apicali toto recto, margine laterali versus basin recto ante medium versus apicem late arcuato, clavo margine scutellari et commissura seriato-punctatis serieque punctorum utrinque juxta venam suturae clavi parallelam, corio serie

punctorum juxta suturam clavi, vena exteriore versus apicem punctata, margine apicali remotius punctato punctisque nonnullis sparsis supra medium ejusdem marginis, venis corii interiore et exteriore pone medium conjunctis; alarum areola hamo e vena subtensa excurrente, a vena decurrente longe distante instructa; coxis posticis sat distantibus; femoribus inermibus.

Inter *Nysium* Dall. et *Orsillum* Dall. quasi intermedius, illo corpore minus depresso femoribusque inermibus, huic structura capitis longe producti rostroque longo similis, ab ambobus corii margine apicali toto recto mox distinctus.

**M. maculatus** n. sp.: capite nigro, parcius punctato, lateribus magis minusve late ferrugineo; rostro antennisque flavo-testaceis, his articulo primo, apice secundi ultimoque toto nigris; pronoto basi longitudini latitudine aequali et apice circiter duplo latiore, fusco-nigro, fortiter punctato, parte antica utrinque carina obliqua laterali angulata ferruginea, linea media et macula utrinque discoidali marginem apicalem attingente testaceis, illa mox ante impressionem transversalem laevigata, disco postico linea media laevigata subcarinata vittaque utrinque nec non limbo postico medio testaceis, interdum disco postico interdum toto subochraceo; scutello punctato, nigro, apice carinisque ochraceis; hemielytris vitreis, margine scutellari, commissura, sutura clavi utrinque, venis corii basin et apicem versus latius, angulo interiore corii angustius apiceque ejus late fusco-nigris, membrana hyalina vitta media fuscescente; alis hyalinis; pectore abdomineque nigro et ferrugineo-variegatis, angulo apicali metasterni albido; pedibus ferrugineis, femoribus saltem posterioribus ante apicem, tibiis basi et apice tarsisque apice fuscis. Long. ♂ $4^{2}/_{5}$, ♀ $4^{3}/_{4}$ mm.

Addah, 1 ♂, 3 ♀.

## Subf. Cymina.

40. **Cymus tabidus** Stål, En. Hem. IV, 126, 3.

Addah, 1 ♂.

Haec species hactenus solum in Bengalia inventa. Spe-

punctorum juxta suturam clavi, vena exteriore versus apicem punctata, margine apicali remotius punctato punctisque nonnullis sparsis supra medium ejusdem marginis, venis corii interiore et exteriore pone medium conjunctis; alarum areola hamo e vena subtensa excurrente, a vena decurrente longe distante instructa; coxis posticis sat distantibus; femoribus inermibus.

Inter *Nysium* Dall. et *Orsillum* Dall. quasi intermedius, illo corpore minus depresso femoribusque inermibus, huic structura capitis longe producti rostroque longo similis, ab ambobus corii margine apicali toto recto mox distinctus.

**M. maculatus** n. sp.: capite nigro, parcius punctato, lateribus magis minusve late ferrugineo; rostro antennisque flavo-testaceis, his articulo primo, apice secundi ultimoque toto nigris; pronoto basi longitudini latitudine aequali et apice circiter duplo latiore, fusco-nigro, fortiter punctato, parte antica utrinque carina obliqua laterali angulata ferruginea, linea media et macula utrinque discoidali marginem apicalem attingente testaceis, illa mox ante impressionem transversalem laevigata, disco postico linea media laevigata subcarinata vittaque utrinque nec non limbo postico medio testaceis, interdum disco postico interdum toto subochraceo; scutello punctato, nigro, apice carinisque ochraceis; hemielytris vitreis, margine scutellari, commissura, sutura clavi utrinque, venis corii basin et apicem versus latius, angulo interiore corii angustius apiceque ejus late fusco-nigris, membrana hyalina vitta media fuscescente; alis hyalinis; pectore abdomineque nigro et ferrugineo-variegatis, angulo apicali metasterni albido; pedibus ferrugineis, femoribus saltem posterioribus ante apicem, tibiis basi et apice tarsisque apice fuscis. Long. ♂ $4^2/_5$, ♀ $4^3/_4$ mm.

Addah, 1 ♂, 3 ♀.

Subf. Cymina.

40. **Cymus tabidus** Stål, En. Hem. IV, 126, 3.

Addah, 1 ♂.

Haec species hactenus solum in Bengalia inventa. Spe-

cimen masculinum ex Addah cum typo Ståli comparatum, in omnibus cum illo conveniens. Scutellum ruga media pallidiore laevigata. Segmentum maris genitale utrinque spina erecta armatum.

Subf. Pachygronthina.

41. **Opistostenus** n. g.:

Corpus elongatum, versus apicem (♂) attenuatum, dense sericans; capite sub-porrecto, versus apicem leviter declivi, longiore quam latiore, apice nasuto-producto, tylo jugis multo longiore, sat crasso, apice supra bucculas prominulo, his rotundato-laminatis, capitis parte inter oculos et apicem tuberculorum antenniferorum haud angustata; oculis leviter prominulis; rostro coxas anticas nonnibil superante, articulo primo solum oculos attingente, secundo primo fere breviore et caput paullulum superante; antennis capiti pronotoque simul sumtis longitudine aeqvalibus, articulo primo omnium brevissimo medium tyli attingente, secundo primo paullo magis quam duplo longiore, duobus ultimis longitudine aequalibus, tertio secundo distincte longiore et crassiore; pronoto elongato-trapeziformi, latitudine basali longiore, convexiusculo, marginibus lateralibus antice obtusissimis, retrorsum minus obtusis; scutello commissura hemielytrorum duplo longiore; apice acuto, disco medio linea laevigata; hemielytris ocellato-punctatis, clavo seriebus punctorum duabus percurrentibus et interne pone medium una breviore instructo, corio vena interiore laevigata, margine apicali corii versus apicem clavi late sat fortiter sinuato, versus angulum apicalem subrotundato; membrana venis duabus interioribus basi appropinquatis prope angulum interiorem basalem excurrentibus, tribus exterioribus e vena transversa a margine basali sat remota emissis; abdomine (♂) versus apicem sensim fortiter angustato; pedibus medioribus, femoribus anticis incrassatis inferne multo-spinulosis, tibiis anticis apice interne in dentem productis, tarsis posticis articulo primo ultimis simul sumtis longiore.

Generi *Cymophyes* Fieb. sat similis, corpori antice

cimen masculinum ex Addah cum typo Ståli comparatum, in omnibus cum illo conveniens. Scutellum ruga media pallidiore laevigata. Segmentum maris genitale utrinque spina erecta armatum.

Subf. Pachygronthina.

41. **Opistostenus** n. g.:

Corpus elongatum, versus apicem (♂) attenuatum, dense sericans; capite sub-porrecto, versus apicem leviter declivi, longiore quam latiore, apice nasuto-producto, tylo jugis multo longiore, sat crasso, apice supra bucculas prominulo, his rotundato-laminatis, capitis parte inter oculos et apicem tuberculorum antenniferorum haud angustata; oculis leviter prominulis; rostro coxas anticas nonnibil superante, articulo primo solum oculos attingente, secundo primo fere breviore et caput paullulum superante; antennis capiti pronotoque simul sumtis longitudine aeqvalibus, articulo primo omnium brevissimo medium tyli attingente, secundo primo paullo magis quam duplo longiore, duobus ultimis longitudine aequalibus, tertio secundo distincte longiore et crassiore; pronoto elongato-trapeziformi, latitudine basali longiore, convexiusculo, marginibus lateralibus antice obtusissimis, retrorsum minus obtusis; scutello commissura hemielytrorum duplo longiore; apice acuto, disco medio linea laevigata; hemielytris ocellato-punctatis, clavo seriebus punctorum duabus percurrentibus et interne pone medium una breviore instructo, corio vena interiore laevigata, margine apicali corii versus apicem clavi late sat fortiter sinuato, versus angulum apicalem subrotundato; membrana venis duabus interioribus basi appropinquatis prope angulum interiorem basalem excurrentibus, tribus exterioribus e vena transversa a margine basali sat remota emissis; abdomine (♂) versus apicem sensim fortiter angustato; pedibus medioribus, femoribus anticis incrassatis inferne multo-spinulosis, tibiis anticis apice interne in dentem productis, tarsis posticis articulo primo ultimis simul sumtis longiore.

Generi *Cymophyes* Fieb. sat similis, corpori antice

minus depresso, saltem maris retrorsum attenuato, antennis aliter constructis, scutello longiore etc. bene distinctus. A. generibus *Phlegyas* Stål et *Teracrius* Stål structura rostri remotus.

**O. ochreipennis** n. sp.:

Niger, cinereo- vel fere argenteo-sericans; antennis apice articuli primi articulisque duobus ultimo fuscescenti-ferrugineis, rostro basi, lateribus prothoracis et pectoris, vittis quatuor obsoletis pronoti, lateribus scutelli, connexivo, vittis duabus bdorsi, lateribus vittaque media ventris nec non femoribus ferrugineis; his anticis inferne et antice, posteriori, bus inferne nigris, apice femorum, tibiis, tarsis hemielytrisque ochraceis, tibiis anticis inferne totis nec non basi apice annuloque superne anguste interrupto subapicali nigris, posterioribus inferne basi et apice nigris, tarsis apice fuscescentibus; capite, pronoto scutelloque dense fortiter impresso-punctatis, pronoto disco subglabro; pronoto basi longitudine fere $^1/_4$ angustiore et apice fere dimidio latiore; hemielytris glabris; femoribus anticis inferne spinis tribus majoribus, inter et ante quas apicem versus spinulis plurimis minutis, spina prima majore mox pone partem basalem tertiam posita. Long. ♂ $5^2/_5$ mm.

Addah, 1 ♂.

Subf. Oxycarenina.

42. **Oxycarenus Fieberi** Stål, Hem. Afr. II, 151, 2. En. Hem. IV, 141, 2.

Ashante, 1 ex., Addah 2 exx.

Hactenus solum in Caffraria inventus.

Subf. Myodochina.

43. **Pamera gracilis** Ramb. *(Stenocoris)*. — *Paromius* id. Fieb., Eur. Hem., 171, 2. *Plociomera proxima* (Dall.) Stål, Hem. Afr. II, 157, 2. *Pamera* id. Stål En. Hem. IV, 148, 4.

Addah, 7 exx.

44. **Pamera spinicrus** n. sp.:

Elongata, nigra, antennis pedibusque flavo-testaceis, mar-

minus depresso, saltem maris retrorsum attenuato, antennis aliter constructis, scutello longiore etc. bene distinctus. A. generibus *Phlegyas* Stål et *Teracrius* Stål structura rostri remotus.

**O. ochreipennis** n. sp.:

Niger, cinereo- vel fere argenteo-sericans; antennis apice articuli primi articulisque duobus ultimo fuscescenti-ferrugineis, rostro basi, lateribus prothoracis et pectoris, vittis quatuor obsoletis pronoti, lateribus scutelli, connexivo, vittis duabus bdorsi, lateribus vittaque media ventris nec non femoribus ferrugineis; his anticis inferne et antice, posteriori, bus inferne nigris, apice femorum, tibiis, tarsis hemielytrisque ochraceis, tibiis anticis inferne totis nec non basi apice annuloque superne anguste interrupto subapicali nigris, posterioribus inferne basi et apice nigris, tarsis apice fuscescentibus; capite, pronoto scutelloque dense fortiter impresso-punctatis, pronoto disco subglabro; pronoto basi longitudine fere $^1/_4$ augustiore et apice fere dimidio latiore; hemielytris glabris; femoribus anticis inferne spinis tribus majoribus, inter et ante quas apicem versus spinulis plurimis minutis, spina prima majore mox pone partem basalem tertiam posita. Long. ♂ $5^2/_5$ mm.

Addah, 1 ♂.

Subf. Oxycarenina.

42. **Oxycarenus Fieberi** Stål, Hem. Afr. II, 151, 2. En. Hem. IV, 141, 2.

Ashante, 1 ex., Addah 2 exx.

Hactenus solum in Caffraria inventus.

Subf. Myodochina.

43. **Pamera gracilis** Ramb. *(Stenocoris)*. — *Paromius* id. Fieb., Eur. Hem., 171, 2. *Plociomera proxima* (Dall.) Stål, Hem. Afr. II, 157, 2. *Pamera* id. Stål En. Hem. IV, 148, 4.

Addah, 7 exx.

44. **Pamera spinicrus** n. sp.:

Elongata, nigra, antennis pedibusque flavo-testaceis, mar-

gine laterali lobi postici pronoti, imo apice scutelli, angulis apicalibus metastestii hemielytrisque sordide flavicanti-albidis; pronoti strictura apicali loboque postico, scutelli vittis duabus apicem versus convergentibus, maculis pectoris ad coxas, femoribus anticis, apice excepto, ventreque subtiliter alutaceo obscure ferrugineis; capite creberrime subtiliter subcoriario-punctato, pone oculos subito constricto; rostro apicem coxarum anticarum attingente, articulis duobus primis aeque longis, flavo-testaceis, duobus ultimis piceis, ad unum secundo longitudine aequalibus; antennis articulo primo dimidio basali ultimoque, ipsa basi excepta, nigro-fuscis, etiam secundo et tertio extrema basi fuscescentibus, articulis tribus ultimis longitudine aequalibus; pronoto glabro, nitidulo, paullo pone tertiam basalem partem fortiter constricto, strictura apicali punctata, lobo antico capiti longitudine aeqvali, laevi, solum hic illic aciculato, lateribus levissime rotundato, postico remotius nigro-punctato; scutello elongato-triangulari, basi subtilius remote punctulato, serie utrinque marginali seriebusque duabus parallelis apicalibus lineam laevem includentibus punctatis, vittis duabus ferrugineis punctis fere destitutis; hemielytris fusco-punctatis, limbo corii externo maculaque parva prope angulum interiorem laevibus, ante hanc maculam vittula nigro-fusca, margine apicali corii ferrugineo, versus apicem maculaque parvula ad apicem venae in tertia basali parte nigro-fuscis; clavo triseriatim punctato, inter series interiores confuse punctato; membrana flavicanti-hyalina, inter venas fusco-vittata; femoribus anterioribus postice obsolete fusco-punctatis, posticis (interdum etiam anticis) ante apicem annulo fusco, anticis incrassatis, inferne medio spinula acuta et in quarta apicali parte alia majore, inter eas spinula minuta et ante hanc spinulis duabus parvulis armatis; tibiis anticis basin versus leviter curvatis, inferne medio spina acuta versus apicem vergente instructis, apicibus tibiarum tarsorumque fuscis. Long. ♂ $5^1/_2$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

45. **P. dubia** n. sp.:

Nigra, antennis, pedibus hemielytrisque pallide testaceo-

gine laterali lobi postici pronoti, imo apice scutelli, angulis apicalibus metastestii hemielytrisque sordide flavicanti-albidis; pronoti strictura apicali loboque postico, scutelli vittis duabus apicem versus convergentibus, maculis pectoris ad coxas, femoribus anticis, apice excepto, ventreque subtiliter alutaceo obscure ferrugineis; capite creberrime subtiliter subcoriario-punctato, pone oculos subito constricto; rostro apicem coxarum anticarum attingente, articulis duobus primis aeque longis, flavo-testaceis, duobus ultimis piceis, ad unum secundo longitudine aequalibus; antennis articulo primo dimidio basali ultimoque, ipsa basi excepta, nigro-fuscis, etiam secundo et tertio extrema basi fuscescentibus, articulis tribus ultimis longitudine aequalibus; pronoto glabro, nitidulo, paullo pone tertiam basalem partem fortiter constricto, strictura apicali punctata, lobo antico capiti longitudine aeqvali, laevi, solum hic illic aciculato, lateribus levissime rotundato, postico remotius nigro-punctato; scutello elongato-triangulari, basi subtilius remote punctulato, serie utrinque marginali seriebusque duabus parallelis apicalibus lineam laevem includentibus punctatis, vittis duabus ferrugineis punctis fere destitutis; hemielytris fusco-punctatis, limbo corii externo maculaque parva prope angulum interiorem laevibus, ante hanc maculam vittula nigro-fusca, margine apicali corii ferrugineo, versus apicem maculaque parvula ad apicem venae in tertia basali parte nigro-fuscis; clavo triseriatim punctato, inter series interiores confuse punctato; membrana flavicanti-hyalina, inter venas fusco-vittata; femoribus anterioribus postice obsolete fusco-punctatis, posticis (interdum etiam anticis) ante apicem annulo fusco, anticis incrassatis, inferne medio spinula acuta et in quarta apicali parte alia majore, inter eas spinula minuta et ante hanc spinulis duabus parvulis armatis; tibiis anticis basin versus leviter curvatis, inferne medio spina acuta versus apicem vergente instructis, apicibus tibiarum tarsorumque fuscis. Long. ♂ $5^1/_2$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

45. **P. dubia** n. sp.:

Nigra, antennis, pedibus hemielytrisque pallide testaceo-

flaventibus, articulo primo antennarum basi ultimoque toto, femoribus anticis, basi apiceque exceptis, annulo anteapicali femorum posteriorum, ipsa basi tibiarum tarsisque versus apicem fuscis vel nigro-fuscis; apice imo scutelli, limbo corii costali maculaque parva prope angulum interiorem laevibus albidis, vittula brevi corii mox ante hanc maculam margineque apicali, ab apice usque ad venam externam late, dein subito anguste nigro-fuscis; strictura apicali loboque postico pronoti nec non ventre subtiliter alutaceo obscure ferrugineis, lobo postico pronoti maculis vel vittulis tribus, media lateralique utraque, nigris, et inter eas duabus obscurius ferrugineis, ventre marginibus segmentorum ventralibus maculaque utrinque segmentorum ante angulos apicales nigris, interdum ventre nigro, margine laterali marginibusque apicalibus segmentorum, his anguste, ferrugineis; membrana hyalina, fusco-vittata; capite creberrime sub-coriario-punctulato; rostro piceo, medium mesosterni attingente, articulis duobus primis aeque longis; antennis articulo secundo tertio longiore et qvarto longitudine subaequali; pronoto in $^2/_5$ basalibus distinctissime coarctato, cum capite subtilissime alutaceo, strictura apicali loboque postico subtilius punctulatis, lateribus lobi antici late rotundatis, hoc lobo capite breviore; scutello disco toto vage punctulato, lineola angusta media laevigata, basi sat longe abbreviata; hemielytris, limbo maculaque anguli interioris exceptis, fusco-punctatis, clavo seriebus tribus punctatis, inter series duas exteriores carinato-elevato, inter duas interiores vage punctato; femoribus anticis incrassatis, inferne fere in medio et in quarta parte apicali spina majore armatis, inter eas spinas spinulis tribus parvulis et inter spinam anteapicalem et apicem iterum spinulis tribus; tibiis anticis (♀) rectis, inermibus. Long. ♀ $4^1/_2$ mm.

Addah, 2 ♀♀.

*P. capicolae* Stål affinis, paullo major, margine corii apicali extrorsum subito late nigricante distinguenda.

46. **Diplonotus Horvathi** n. sp.:

Flavicanti-griseo-sericea et -pilosa, ferrugineo-fusca, antennis, rostro, pedibus, marginibus lateralibus lobi postici

flaventibus, articulo primo antennarum basi ultimoque toto, femoribus anticis, basi apiceque exceptis, annulo anteapicali femorum posteriorum, ipsa basi tibiarum tarsisque versus apicem fuscis vel nigro-fuscis; apice imo scutelli, limbo corii costali maculaque parva prope angulum interiorem laevibus albidis, vittula brevi corii mox ante hanc maculam margineque apicali, ab apice usque ad venam externam late, dein subito anguste nigro-fuscis; strictura apicali loboque postico pronoti nec non ventre subtiliter alutaceo obscure ferrugineis, lobo postico pronoti maculis vel vittulis tribus, media lateralique utraque, nigris, et inter eas duabus obscurius ferrugineis, ventre marginibus segmentorum ventralibus maculaque utrinque segmentorum ante angulos apicales nigris, interdum ventre nigro, margine laterali marginibusque apicalibus segmentorum, his anguste, ferrugineis; membrana hyalina, fusco-vittata; capite creberrime sub-coriario-punctulato; rostro piceo, medium mesosterni attingente, articulis duobus primis aeque longis; antennis articulo secundo tertio longiore et qvarto longitudine subaequali; pronoto in $^2/_5$ basalibus distinctissime coarctato, cum capite subtilissime alutaceo, strictura apicali loboque postico subtilius punctulatis, lateribus lobi antici late rotundatis, hoc lobo capite breviore; scutello disco toto vage punctulato, lineola angusta media laevigata, basi sat longe abbreviata; hemielytris, limbo maculaque anguli interioris exceptis, fusco-punctatis, clavo seriebus tribus punctatis, inter series duas exteriores carinato-elevato, inter duas interiores vage punctato; femoribus anticis incrassatis, inferne fere in medio et in quarta parte apicali spina majore armatis, inter eas spinas spinulis tribus parvulis et inter spinam anteapicalem et apicem iterum spinulis tribus; tibiis anticis (♀) rectis, inermibus. Long. ♀ $4^1/_2$ mm.

Addah, 2 ♀♀.

*P. capicolae* Stål affinis, paullo major, margine corii apicali extrorsum subito late nigricante distinguenda.

46. **Diplonotus Horvathi** n. sp.:

Flavicanti-griseo-sericea et -pilosa, ferrugineo-fusca, antennis, rostro, pedibus, marginibus lateralibus lobi postici

pronoti hemielytrisque (saepe etiam ventre) pallide ferrugineo-flaventibus; antennis saepe articulis ultimis vel omnibus apice ferrugineo-fuscis, interdum duobus vel tribus ultimis fere totis ferrugineo-fuscescentibus, ultimo annulo antebasali obsoleto ferrugineo, articulo tertio secundo breviore, quarto tertio paullo longiore; capite omnium subtilissime punctulato, nitidulo; pronoto opaco, lobo antico laevi, postico parce sed distincte fusco-punctato, illo longitudine duplo (♀) vel paullo minus quam duplo (♂) latiore, strictura in $^2/_5$ (♀) vel fere in tertia basali parte (♂) posita; scutello remotius punctulato, vitta latiore media nigra percurrente punctis destituta; hemielytris ferrugineo-punctulatis, corio pone medium prope angulum interiorem vitta vel litura oblonga apiceque nigro-fuscis vena disjunctis notato, raro etiam sutura clavi latius nigro-fusca, margine costali corii laevigato, pallido, immaculato; membrana flavescenti-hyalina, fusco-vittata vel nebulosa; pedibus pilosis, unicoloribus, femoribus anticis spinis nonnullis, duabus inter has majoribus, armatis, tibiis anticis rectis (♀) vel subrectis (♂).

Addah, 8 ♂♂, 2 ♀♀.

*D. inermicruri* Stål ex Insuli Philippinis (cum cujus spec. typico comparavi) omnium simillimus, differt corpore paullo breviore et nonnihil subtilius sericeo, nec non praesertim pronoti lobo antico fortius transverso posticoque distincte punctato.

47. **D. vicinus** n. sp.:

Griseo-sericeus et -pilosus, inferne nigricans vel abdomine obscure ferrugineo; antennis, rostro pedibusque flavescenti-ferrugineis, antennarum articulo ultimo saepeque apicibus articulorum fuscescentibus, articulo tertio secundo circiter $^2/_5$ breviore, quarto secundo paullo breviore; capite nigro, omnium subtilissime punctulato, nitente; pronoto opaco, lobo antico sub-laevi, nigricante vel medio lateribusque obsolete ferrugineo, basi longitudine duplo (♀) vel circiter $^1/_3$ (♂) latiore, lobo postico distincte, sed parcius punctato, marginibus lateralibus et interdum etiam postico pallide flaventibus, illis ad angulum posticum macula parva nigra, disco vittis qvin-

pronoti hemielytrisque (saepe etiam ventre) pallide ferrugineo-flaventibus; antennis saepe articulis ultimis vel omnibus apice ferrugineo-fuscis, interdum duobus vel tribus ultimis fere totis ferrugineo-fuscescentibus, ultimo annulo antebasali obsoleto ferrugineo, articulo tertio secundo breviore, quarto tertio paullo longiore; capite omnium subtilissime punctulato, nitidulo; pronoto opaco, lobo antico laevi, postico parce sed distincte fusco-punctato, illo longitudine duplo (♀) vel paullo minus quam duplo (♂) latiore, strictura in $^2/_5$ (♀) vel fere in tertia basali parte (♂) posita; scutello remotius punctulato, vitta latiore media nigra percurrente punctis destituta; hemielytris ferrugineo-punctulatis, corio pone medium prope angulum interiorem vitta vel litura oblonga apiceque nigro-fuscis vena disjunctis notato, raro etiam sutura clavi latius nigro-fusca, margine costali corii laevigato, pallido, immaculato; membrana flavescenti-hyalina, fusco-vittata vel nebulosa; pedibus pilosis, unicoloribus, femoribus anticis spinis nonnullis, duabus inter has majoribus, armatis, tibiis anticis rectis (♀) vel subrectis (♂).

Addah, 8 ♂♂, 2 ♀♀.

*D. inermicruri* Stål ex Insuli Philippinis (cum cujus spec. typico comparavi) omnium simillimus, differt corpore paullo breviore et nonnihil subtilius sericeo, nec non praesertim pronoti lobo antico fortius transverso posticoque distincte punctato.

47. **D. vicinus** n. sp.:

Griseo-sericeus et -pilosus, inferne nigricans vel abdomine obscure ferrugineo; antennis, rostro pedibusque flavescenti-ferrugineis, antennarum articulo ultimo saepeque apicibus articulorum fuscescentibus, articulo tertio secundo circiter $^2/_5$ breviore, quarto secundo paullo breviore; capite nigro, omnium subtilissime punctulato, nitente; pronoto opaco, lobo antico sub-laevi, nigricante vel medio lateribusque obsolete ferrugineo, basi longitudine duplo (♀) vel circiter $^1/_3$ (♂) latiore, lobo postico distincte, sed parcius punctato, marginibus lateralibus et interdum etiam postico pallide flaventibus, illis ad angulum posticum macula parva nigra, disco vittis qvin-

que ferrugineis; scutello punctulato, nigro, vittulis duabus obsolete ferrugineis; hemielytris sordide pallide flaventibus, fusco-punctatis, clavo quadriseriatim et corio interne seriatim punctato, clavi lineola basali interiore, linea inter series duas exteriores punctorum, corio linea inter series internas, limbo costali maculaque parva prope augulum interiorem laevigatis, maculis parvis, una prope basin, una costali pone medium unaque ante maculam illam laevem nec non angulo apicali nigro-fuscis; membrana hyalina, fusco-nebulosa; angulo apicali metastethii pallido; femoribus anticis annulo lato medio alioque ante apicem, posterioribus annulis duobus anteapicalibus piceis, femoribus anticis modice incrassatis inferne prope apicem spinulis, una majore et nonnullis minutissimis, instructis; tibiis basi ispoque apice piceis, anticis feminae sub-rectis, maris versus basin distincte incurvatis, inferne ante tertiam apicalem partem spina acuta versus apicem oblique vergente armatis. Long. ♂♀ $4^3/_4$ — 5 mm.

Addah, 1 ♂, 2 ♀♀.

*D. afro* Stål valde similis.

48. **D. capucinus** Stål. — *Pamera* id. Stål, En. Hem. IV, 152, 34. Hem. Afr. II, 160, 6.

Addah, 2 exx.

Cum typo comparatus.

49. **Anepsiodes** n. g.:

Corpus oblongum, glabrum, nitidum; capite usque ad oculos immergendo, triangulari, ante oculos versus antennas haud angustato, latitudine cum oculis paullo longiore, pronoti apice paullo latiore, fronte distincte punctata, bucculis brevibus; ocellis oculis mediocribus valde appropinquatis; rostro coxas intermedias attingente, articulo primo capitis fere longitudine, secundo tertio longiore; antennis dimidio corpore longioribus, articulo primo apicem clypei paullo superante, secundo tertio longiore, hoc quarto breviore; pronoto annulo collari destituto, trapeziformi, lobis duobus concoloribus, sat dense punctato, lobo antico autem callis duobus majoribus laevibus, lateribus vel medio levissime sinuatis versus apicem sensim angustatis, distincte fere laminato-carinatis, margine

que ferrugineis; scutello punctulato, nigro, vittulis duabus obsolete ferrugineis; hemielytris sordide pallide flaventibus, fusco-punctatis, clavo quadriseriatim et corio interne seriatim punctato, clavi lineola basali interiore, linea inter series duas exteriores punctorum, corio linea inter series internas, limbo costali maculaque parva prope augulum interiorem laevigatis, maculis parvis, una prope basin, una costali pone medium unaque ante maculam illam laevem nec non angulo apicali nigro-fuscis; membrana hyalina, fusco-nebulosa; angulo apicali metastethii pallido; femoribus anticis annulo lato medio alioque ante apicem, posterioribus annulis duobus anteapicalibus piceis, femoribus anticis modice incrassatis inferne prope apicem spinulis, una majore et nonnullis minutissimis, instructis; tibiis basi ispoque apice piceis, anticis feminae sub-rectis, maris versus basin distincte incurvatis, inferne ante tertiam apicalem partem spina acuta versus apicem oblique vergente armatis. Long. ♂♀ $4^3/_4$ — 5 mm.

Addah, 1 ♂, 2 ♀♀.

*D. afro* Stål valde similis.

48. **D. capucinus** Stål. — *Pamera* id. Stål, En. Hem. IV, 152, 34. Hem. Afr. II, 160, 6.

Addah, 2 exx.

Cum typo comparatus.

49. **Anepsiodes** n. g.:

Corpus oblongum, glabrum, nitidum; capite usque ad oculos immergendo, triangulari, ante oculos versus antennas haud angustato, latitudine cum oculis paullo longiore, pronoti apice paullo latiore, fronte distincte punctata, bucculis brevibus; ocellis oculis mediocribus valde appropinquatis; rostro coxas intermedias attingente, articulo primo capitis fere longitudine, secundo tertio longiore; antennis dimidio corpore longioribus, articulo primo apicem clypei paullo superante, secundo tertio longiore, hoc quarto breviore; pronoto annulo collari destituto, trapeziformi, lobis duobus concoloribus, sat dense punctato, lobo antico autem callis duobus majoribus laevibus, lateribus vel medio levissime sinuatis versus apicem sensim angustatis, distincte fere laminato-carinatis, margine

acuto; scutello elongato-triangulari; hemielytris minus fortiter punctatis, clavo triseriatim punctato, sed serie intermedia medio duplicata, hac serie a seriebus exteriore et interiore aeqve longe remota; corio subseriatim punctato; membrana venis duabus interioribus basi fortiter incurvatis; metasterno sulco orificiorum longiore, sat subtiliter marginato; ventre macula opaca posteriore laterum segmenti quarti a macula anteriore longissime remota, ad marginem posticum segmenti appropinquata; pedibus longiusculis, femoribus anticis leviter incrassatis, inferne solum denticulis minutis instructis, altero mox pone medium, altero paullo ante apicem; tibiis sat subtiliter spinulosis; tarsis longiusculis, articulo primo tarsorum posticorum duobus ultimis simul sumtis fere duplo et dimidio longiore.

Gen. *Anepsius* Put. proxima, capite autem longiore, distincte punctato, pronoto versus apicem fortius angustato, lobo antico apice, medio marginibusque lateralibus punctulato, clavo medio punctis distinctissime duplicato-seriatis, femoribus anticis solum denticulis duobus minutissimis armatis tarsisque articulo primo valde elongato.

**A. nitidus** n. sp.:

Fusco-ferrugineus, valde nitidus, antennis, rostro pedibusque ochraceo-flavis, antennarum articulo ultimo fusco, basi pallidiore; hemielytris testaceo-flaventibus, seriebus omnibus punctorum clavi, seriebus duabus interioribus corii, corii macula oblonga ad angulum interiorem nec non limbo et angulo apicalibus obscure piceis, membrana obscure fuliginosa, linea versus apicem suturae pallescente; fronte irregulariter remotius punctato, capite cetero laevi, nitidissimo; pronoto basi quam apice fere duplo latiore, longitudine latitudine basali paullo breviore; scutello versus apicem fortius, basi subtilius punctato; tibiis anticis utriusque sexus rectis. Long ♂ $4^2/_3$, ♀ 5 mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

50. **Dinia** Stål, En. Hem. IV, p. 156.

Corpus parvum, totum glabrum, nitidum; capite usque ad oculos immergendo, majusculo, parti apicali pronoti lati-

acuto; scutello elongato-triangulari; hemielytris minus fortiter punctatis, clavo triseriatim punctato, sed serie intermedia medio duplicata, hac serie a seriebus exteriore et interiore aeqve longe remota; corio subseriatim punctato; membrana venis duabus interioribus basi fortiter incurvatis; metasterno sulco orificiorum longiore, sat subtiliter marginato; ventre macula opaca posteriore laterum segmenti quarti a macula anteriore longissime remota, ad marginem posticum segmenti appropinquata; pedibus longiusculis, femoribus anticis leviter incrassatis, inferne solum denticulis minutis instructis, altero mox pone medium, altero paullo ante apicem; tibiis sat subtiliter spinulosis; tarsis longiusculis, articulo primo tarsorum posticorum duobus ultimis simul sumtis fere duplo et dimidio longiore.

Gen. *Anepsius* Put. proxima, capite autem longiore, distincte punctato, pronoto versus apicem fortius angustato, lobo antico apice, medio marginibusque lateralibus punctulato, clavo medio punctis distinctissime duplicato-seriatis, femoribus anticis solum denticulis duobus minutissimis armatis tarsisque articulo primo valde elongato.

**A. nitidus** n. sp.:

Fusco-ferrugineus, valde nitidus, antennis, rostro pedibusque ochraceo-flavis, antennarum articulo ultimo fusco, basi pallidiore; hemielytris testaceo-flaventibus, seriebus omnibus punctorum clavi, seriebus duabus interioribus corii, corii macula oblonga ad angulum interiorem nec non limbo et angulo apicalibus obscure piceis, membrana obscure fuliginosa, linea versus apicem suturae pallescente; fronte irregulariter remotius punctato, capite cetero laevi, nitidissimo; pronoto basi quam apice fere duplo latiore, longitudine latitudine basali paullo breviore; scutello versus apicem fortius, basi subtilius punctato; tibiis anticis utriusque sexus rectis. Long ♂ $4^2/_3$, ♀ 5 mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

50. **Dinia** Stål, En. Hem. IV, p. 156.

Corpus parvum, totum glabrum, nitidum; capite usque ad oculos immergendo, majusculo, parti apicali pronoti lati-

tudine aequali vel paullulum latiore; ocellis ab oculis sat remotis; rostro apicem coxarum intermediarum attingente, articulo primo rostri articulo primo antennarum circiter dimidio longiore; antennis articulo primo capitis apicem haud vel paullo superante; secundo primo circiter $^3/_4$ — fere duplo longiore, tertio secundo vix breviore; pronoto basi minus lato, capite cum oculis circiter dimidio latiore, minus fortiter transverso, impressione transversali destituto vel hac sat obsoleta, a basi antrorsum leviter angustato, unicolore, solum angulis posticis macula pallida signatis, parte dimidia vel vix dimidia basali remote punctata, raro toto laevi; limbo lato apicali fortius punctato, hoc limbo punctato utrinque subdepresso et collare magis minusve distinctum formante, marginibus lateralibus sub-acutis, rectis; scutello latitudine longiore vel fere aequilatero, commissura circiter dimidio longiore; clavo distincte regulariter triseriatim punctato, corio ad suturam clavi biseriatim punctato, extus serie punctorum ultra medium ducta, a costa sensim divergente, in medio corii duplicata, instructo, pone medium sparsim punctato; sulco orificiorum brevi, crasse marginato; suturis ventralibus omnibus distinctis; femoribus anticis levissime incrassatis posticis haud crassioribus, muticis; tarsis posticis articulo primo duobus ultimis simul sumtis haud duplo longiore.

Species hujus generis hoc modo disponendae:

1. (4). Capite pronoto longitudine aequali ejusque parte apicali latitudine aequali; oculis parvulis; antennarum articulo primo apicem capitis haud superante; pronoto collari magis distincto, lateribus ante collare subito distincte rotundatis, hoc sub-parallelo, disco impressione transversali destituto.

2. (3). Capite, pronoto apice et posterius parcius et subtilius punctatis; hemielytris immaculatis, flaventibus, serie exteriore punctorum juxta venam radialem usque ad apicem continuata. (Insulae Philippinae).

1. *D. polita* Stål.

3. (2). Capite, pronoto apice et posterius densius et fortius punctatis; hemielytris nigropiceo-maculatis, serie

tudine aequali vel paullulum latiore; ocellis ab oculis sat remotis; rostro apicem coxarum intermediarum attingente, articulo primo rostri articulo primo antennarum circiter dimidio longiore; antennis articulo primo capitis apicem haud vel paullo superante; secundo primo circiter $^3/_4$ — fere duplo longiore, tertio secundo vix breviore; pronoto basi minus lato, capite cum oculis circiter dimidio latiore, minus fortiter transverso, impressione transversali destituto vel hac sat obsoleta, a basi antrorsum leviter angustato, unicolore, solum angulis posticis macula pallida signatis, parte dimidia vel vix dimidia basali remote punctata, raro toto laevi; limbo lato apicali fortius punctato, hoc limbo punctato utrinque subdepresso et collare magis minusve distinctum formante, marginibus lateralibus sub-acutis, rectis; scutello latitudine longiore vel fere aequilatero, commissura circiter dimidio longiore; clavo distincte regulariter triseriatim punctato, corio ad suturam clavi biseriatim punctato, extus serie punctorum ultra medium ducta, a costa sensim divergente, in medio corii duplicata, instructo, pone medium sparsim punctato; sulco orificiorum brevi, crasse marginato; suturis ventralibus omnibus distinctis; femoribus anticis levissime incrassatis posticis haud crassioribus, muticis; tarsis posticis articulo primo duobus ultimis simul sumtis haud duplo longiore.

Species hujus generis hoc modo disponendae:

1. (4). Capite pronoto longitudine aequali ejusque parte apicali latitudine aequali; oculis parvulis; antennarum articulo primo apicem capitis haud superante; pronoto collari magis distincto, lateribus ante collare subito distincte rotundatis, hoc sub-parallelo, disco impressione transversali destituto.

2. (3). Capite, pronoto apice et posterius parcius et subtilius punctatis; hemielytris immaculatis, flaventibus, serie exteriore punctorum juxta venam radialem usque ad apicem continuata. (Insulae Philippinae).

1. *D. polita* Stål.

3. (2). Capite, pronoto apice et posterius densius et fortius punctatis; hemielytris nigropiceo-maculatis, serie

exteriore punctorum juxta venam radialem pone medium evanescente, corio pone medium parce subtiliter punctulato. (Insulae Philippinae).

2. *D. glabrata* Stål.

4 (1). Capite pronoto distincte breviore, fortius convexo; antennarum articulo primo apicem capitis nonnihil superante; pronoto lateribus ante collare haud vel sensim levissime rotundatis, versus angulos apicales distinctius rotundatis, collare haud liberum relinquente, disco impressione transversali distinctiore.

5 (6). Corpore majore, oculis majusculis, ultra angulos pronoti prominulis, a latere visis diametro vix magis quam dimidio longioribus, fortius granulatis, versus apicem levius angustatis; pronoto posterius distincte remote punctulato, marginibus lateralibus apice levissime rotundatis; corio posterius fortius punctato; articulis duobus primis antennarum pedibusque pallide flavis.

3. *D. nitida* n. sp.

6 (5). Corpore minore; oculis parvulis, magis insertis, a latere visis diametro fere duplo longioribus et apicem versus fortius angustatis, marginibus fortiter impressis; pronoto limbo antico excepto toto laevi, marginibus lateralibus apice obtusangulatis; corio posterius subtilius punctulatis; solum apice articuli primi antennarum, apicibus femorum, tibiis tarsisque albido-flavis.

4. *D. laevicollis* n. sp.:

50. **Dinia nitida** n. sp.:

Piceo-nigra, nitida, glabra; antennis articulis duobus primis basalibus saepeque etiam dimidio basali articuli tertii, rostro, margine apicali maculaque parva angulorum basalium pronoti, nec non pedibus pallide flavo-testaceis, coxis, trochanteribus apicibusque tarsorum piceis, articulo primo rostri saepeque etiam basi articuli secundi antennarum picescentibus; hemieytris piceis vel picescenti-ferrugineis, corii margine laterali usque ad medium plagaque abbreviata basali nec non vitta clavi flavido-albidis; capite sat convexo, subtransverso, superne et inferne crebre punctulato, clypeo, vitta frontis

exteriore punctorum juxta venam radialem pone medium evanescente, corio pone medium parce subtiliter punctulato. (Insulae Philippinae).

2. *D. glabrata* Stål.

4 (1). Capite pronoto distincte breviore, fortius convexo; antennarum articulo primo apicem capitis nonnihil superante; pronoto lateribus ante collare haud vel sensim levissime rotundatis, versus angulos apicales distinctius rotundatis, collare haud liberum relinquente, disco impressione transversali distinctiore.

5 (6). Corpore majore, oculis majusculis, ultra angulos pronoti prominulis, a latere visis diametro vix magis quam dimidio longioribus, fortius granulatis, versus apicem levius angustatis; pronoto posterius distincte remote punctulato, marginibus lateralibus apice levissime rotundatis; corio posterius fortius punctato; articulis duobus primis antennarum pedibusque pallide flavis.

3. *D. nitida* n. sp.

6 (5). Corpore minore; oculis parvulis, magis insertis, a latere visis diametro fere duplo longioribus et apicem versus fortius angustatis, marginibus fortiter impressis; pronoto limbo antico excepto toto laevi, marginibus lateralibus apice obtusangulatis; corio posterius subtilius punctulatis; solum apice articuli primi antennarum, apicibus femorum, tibiis tarsisque albido-flavis.

4. *D. laevicollis* n. sp.:

50. **Dinia nitida** n. sp.:

Piceo-nigra, nitida, glabra; antennis articulis duobus primis basalibus saepeque etiam dimidio basali articuli tertii, rostro, margine apicali maculaque parva angulorum basalium pronoti, nec non pedibus pallide flavo-testaceis, coxis, trochanteribus apicibusque tarsorum piceis, articulo primo rostri saepeque etiam basi articuli secundi antennarum picescentibus; hemieytris piceis vel picescenti-ferrugineis, corii margine laterali usque ad medium plagaque abbreviata basali nec non vitta clavi flavido-albidis; capite sat convexo, subtransverso, superne et inferne crebre punctulato, clypeo, vitta frontis

verticeque laevigatis, illa medio punctis nonnullis aggregatis; rostro articulo secundo tertio longiore; pronoto capite nonnihil longiore, lateribus medio levissime sinuatis, dein versus apicem levissime rotundatis, limbo apicali margine pallidiore excepto crebre punctato, disco medio transversim leviter, sed distincte impresso, pone impressionem remote, subtiliter sed distincte punctulato; scutello latitudine longiore, lateribus seriatim densius punctulatis, disco remotissime punctulato; hemielytris fusco-ferrugineo-punctatis, corio serie exteriore juxta venam interiorem usque ad apicem continuata, sed versus apicem multo debiliore et obsoletiore, disco posterius subtilius remote punctulato, limbo laterali pone medium pallidius ferrugineo, biseriatim distincte punctato; membrana dilute fumata, ad marginem basalem macula transversa picea, nitida, postice hyalino-marginata. — Variat pronoto postice castaneo. — Long. ♂♀ 3, ♀ $3^2/_5$ mm.

Addah, 12 ♂, 10 ♀.

51. **D. laevicollis** n. sp.:

Piceo-nigra, nitida, glabra; apice articuli primi antennarum, macula parva angulorum basalium pronoti, corii margine laterali usque ad medium plagaque basali, vitta clavi nec non apicibus femorum, tibiis et tarsis flavicanti-albidis, tibiis piceo-spinulosis; antennarum articulis primo et secundo saepeque etiam basi tertii rostroque piceo-ferrugineis vel piceis; capite sub-transverso, superne disco parcius, lateribus inferneque crebre sat fortiter punctato; rostro articulo secundo tertio aeque longo; pronoto capite distincte longiore, limbo apicali, margine pallidiore excepto, lateribus fortius medio obsolete punctulato, disco pone medium transversim impresso, toto laevi vel posterius omnium obsoletissime punctulato, punctis vix nisi aegerrime distinguendis; lateribus subrectis, apice ad collare versus angulos apicales subito obtusangulatis; scutello marginibus seriatim, disco remote punctato; hemielytris fusco-ferrugineo-punctatis, signaturis albidis exceptis, nigro-piceis, corio serie punctorum exteriore juxta venam internam usque ad apicem extensa et distincta, disco posterius sparsim sat distincte punctato; membrana hyalina, vitta

verticeque laevigatis, illa medio punctis nonnullis aggregatis; rostro articulo secundo tertio longiore; pronoto capite nonnihil longiore, lateribus medio levissime sinuatis, dein versus apicem levissime rotundatis, limbo apicali margine pallidiore excepto crebre punctato, disco medio transversim leviter, sed distincte impresso, pone impressionem remote, subtiliter sed distincte punctulato; scutello latitudine longiore, lateribus seriatim densius punctulatis, disco remotissime punctulato; hemielytris fusco-ferrugineo-punctatis, corio serie exteriore juxta venam interiorem usque ad apicem continuata, sed versus apicem multo debiliore et obsoletiore, disco posterius subtilius remote punctulato, limbo laterali pone medium pallidius ferrugineo, biseriatim distincte punctato; membrana dilute fumata, ad marginem basalem macula transversa picea, nitida, postice hyalino-marginata. — Variat pronoto postice castaneo. — Long. ♂♀ 3, ♀ $3^2/_5$ mm.

Addah, 12 ♂, 10 ♀.

51. **D. laevicollis** n. sp.:

Piceo-nigra, nitida, glabra; apice articuli primi antennarum, macula parva angulorum basalium pronoti, corii margine laterali usque ad medium plagaque basali, vitta clavi nec non apicibus femorum, tibiis et tarsis flavicanti-albidis, tibiis piceo-spinulosis; antennarum articulis primo et secundo saepeque etiam basi tertii rostroque piceo-ferrugineis vel piceis; capite sub-transverso, superne disco parcius, lateribus inferneque crebre sat fortiter punctato; rostro articulo secundo tertio aeque longo; pronoto capite distincte longiore, limbo apicali, margine pallidiore excepto, lateribus fortius medio obsolete punctulato, disco pone medium transversim impresso, toto laevi vel posterius omnium obsoletissime punctulato, punctis vix nisi aegerrime distinguendis; lateribus subrectis, apice ad collare versus angulos apicales subito obtusangulatis; scutello marginibus seriatim, disco remote punctato; hemielytris fusco-ferrugineo-punctatis, signaturis albidis exceptis, nigro-piceis, corio serie punctorum exteriore juxta venam internam usque ad apicem extensa et distincta, disco posterius sparsim sat distincte punctato; membrana hyalina, vitta

lata media fusca, basi stria transversa picea. Long. ♂ $2^1/_2$ —$2^3/_4$ mm.

Addah, 10 ♂♀, 14 ♀♀.

Praecedenti similis, sed minor et obscurior, colore antennarum et pedum, pronoto minus transverso et fere toto laevi, ejus lateribus ante apicem fortius angulatis, oculis angustioribus et fortius insertis divergens.

52. **Pachymerus (Elasmolomus) sordidus** Fabr. — Stål, En Hem. IV, 161, 7.

Addah, 1 ♀.

53. **Dieuches armipes** Fabr. — Stål, En. Hem. IV, 161, 2. — *Beosus albostriatus* Stål, Hem. Afr. II, 168, 6.

Addah, 1 ♂.

54. **Poeantius gracilicornis** n. sp.:

Niger, opacus, apice articuli primi antennarum, carina marginum lateralium fasciaque angusta pone medium pronoti, hac medio interrupta, apice extremo scutelli, acetabulis, limbo postico pro- et mesostethii basique femorum posticorum angusta albido-stramineis; pronoti lobo postico hemielytrisque stramineis, illo dense nigro-punctato, medio linea longitudinali laevigata; vitta interiore clavi, vena interna corii ultra medium coriique parte dimidia postica nigricantibus, hac venis duabus pallidis intersecta et fasciola angusta pallida medio notata, membrana albida, venis versus apicem fuscis, disco inter venas fusco-vittata, basi externe ad marginem basalem stria nigra transversali; articulo secundo antennarum interdum, apice femorum anteriorum tibiisque anticis saltem superne testaceis, femoribus anticis inferne setis nonnullis spinulaque unica ante apicem instructis; margine antico pronoti anguste obsolete in ferrugineum vergente. Long. $5^1/_2$—6 mm.

Addah, 2 ♂♂, 1 ♀.

*P. lineato* Stål (ex insulis Philippinis) valde similis, pronoto paullo latiore, ejus lobo postico antice fasciola pallida impunctata instructo antennisque distincte gracilioribus divergens; a *P. nigropicto* Stål (e Caffraria) articulo ultimo

lata media fusca, basi stria transversa picea. Long. ♂ $2^1/_2$ —$2^3/_4$ mm.

Addah, 10 ♂♀, 14 ♀♀.

Praecedenti similis, sed minor et obscurior, colore antennarum et pedum, pronoto minus transverso et fere toto laevi, ejus lateribus ante apicem fortius angulatis, oculis angustioribus et fortius insertis divergens.

52. **Pachymerus (Elasmolomus) sordidus** Fabr. — Stål, En Hem. IV, 161, 7.

Addah, 1 ♀.

53. **Dieuches armipes** Fabr. — Stål, En. Hem. IV, 161, 2. — *Beosus albostriatus* Stål, Hem. Afr. II, 168, 6.

Addah, 1 ♂.

54. **Poeantius gracilicornis** n. sp.:

Niger, opacus, apice articuli primi antennarum, carina marginum lateralium fasciaque angusta pone medium pronoti, hac medio interrupta, apice extremo scutelli, acetabulis, limbo postico pro- et mesostethii basique femorum posticorum angusta albido-stramineis; pronoti lobo postico hemielytrisque stramineis, illo dense nigro-punctato, medio linea longitudinali laevigata; vitta interiore clavi, vena interna corii ultra medium coriique parte dimidia postica nigricantibus, hac venis duabus pallidis intersecta et fasciola angusta pallida medio notata, membrana albida, venis versus apicem fuscis, disco inter venas fusco-vittata, basi externe ad marginem basalem stria nigra transversali; articulo secundo antennarum interdum, apice femorum anteriorum tibiisque anticis saltem superne testaceis, femoribus anticis inferne setis nonnullis spinulaque unica ante apicem instructis; margine antico pronoti anguste obsolete in ferrugineum vergente. Long. $5^1/_2$—6 mm.

Addah, 2 ♂♂, 1 ♀.

*P. lineato* Stål (ex insulis Philippinis) valde similis, pronoto paullo latiore, ejus lobo postico antice fasciola pallida impunctata instructo antennisque distincte gracilioribus divergens; a *P. nigropicto* Stål (e Caffraria) articulo ultimo

antennarum toto nigro, femoribus anticis inferne versus apicem spinula unica armatis signaturisque hemielytrorum mox distinguendus.

55. **Lamproceps** n. g.:

Corpus ovatum, sat depressum, superne, capite excepto, opacum, hoc transverso, laevi, solum fronte medio omnium subtilissime punctulato, vertice oculo circiter triplo latiore; ocellis ad oculos sat appropinquatis; rostro coxas intermedias subsuperante, articulo primo capite paullo breviore, secundo tertio longiore; antennis articulo primo dimidio longitudine caput superante, secundo tertio longiore, hoc quarto nonnihil breviore; pronoto sub-horizontali, trapeziformi, transverso, versus apicem leviter angustato, marginibus rectis, solum ipso apice angulatis, apice collari destituto, disco transversim haud vel vix impresso, laevi toto; scutello plano, latitudine longiore, remote punctulato; hemielytris sat subtiliter punctatis, clavo regulariter triseriatim punctato; ventre sutura tertia utrinque antrorsum curvata, segmento qvarto macula opaca posteriore a margine postico longe remota, ad maculam opacam anticam appropinquata; femoribus anticis modice incrassatis, inferne prope apicem denticulis duobus, posteriore minutissimo; tibiis anticis utriusque sexus rectis, inferne haud denticulatis; tarsis posticis articulo primo duobus ultimis simul sumtis fere duplo longiore.

**L. apicalis** n. sp.:

Inferne cum capite piceo-nigra, nitida, superne fuliginoso-fusca, opaca, parcius flavicanti-sericans; angulis basalibus marginique tenui postico pronoti, extremo apice scutelli, hemielytris, antennis, rostro femoribusque fusco- vel fuscescenti-testaceis, articulo ultimo antennarum, apicibus femorum, tibiis tarsisque stramineis; corio interdum in angulo interiore latius picescente; membrana levissime fumata, basi hyalina sed margine basali dilute picescente; pronoto apice longitudini aeque lato et basi circiter $^1/_4$ angustiore; scutello pronoti longitudine. Long. ♂♀ $3^2/_5 - 3^1/_2$ mm.

Addah, 3 ♂♂, 10 ♀♀.

antennarum toto nigro, femoribus anticis inferne versus apicem spinula unica armatis signaturisque hemielytrorum mox distinguendus.

55. **Lamproceps** n. g.:

Corpus ovatum, sat depressum, superne, capite excepto, opacum, hoc transverso, laevi, solum fronte medio omnium subtilissime punctulato, vertice oculo circiter triplo latiore; ocellis ad oculos sat appropinquatis; rostro coxas intermedias subsuperante, articulo primo capite paullo breviore, secundo tertio longiore; antennis articulo primo dimidio longitudine caput superante, secundo tertio longiore, hoc quarto nonnihil breviore; pronoto sub-horizontali, trapeziformi, transverso, versus apicem leviter angustato, marginibus rectis, solum ipso apice angulatis, apice collari destituto, disco transversim haud vel vix impresso, laevi toto; scutello plano, latitudine longiore, remote punctulato; hemielytris sat subtiliter punctatis, clavo regulariter triseriatim punctato; ventre sutura tertia utrinque antrorsum curvata, segmento qvarto macula opaca posteriore a margine postico longe remota, ad maculam opacam anticam appropinquata; femoribus anticis modice incrassatis, inferne prope apicem denticulis duobus, posteriore minutissimo; tibiis anticis utriusque sexus rectis, inferne haud denticulatis; tarsis posticis articulo primo duobus ultimis simul sumtis fere duplo longiore.

**L. apicalis** n. sp.:

Inferne cum capite piceo-nigra, nitida, superne fuliginoso-fusca, opaca, parcius flavicanti-sericans; angulis basalibus marginique tenui postico pronoti, extremo apice scutelli, hemielytris, antennis, rostro femoribusque fusco- vel fuscescenti-testaceis, articulo ultimo antennarum, apicibus femorum, tibiis tarsisque stramineis; corio interdum in angulo interiore latius picescente; membrana levissime fumata, basi hyalina sed margine basali dilute picescente; pronoto apice longitudini aeque lato et basi circiter $^1/_4$ angustiore; scutello pronoti longitudine. Long. ♂♀ $3^2/_5-3^1/_2$ mm.

Addah, 3 ♂♂, 10 ♀♀.

Subf. Pyrrhocorina.

56. **Physopelta analis** Sign. — Stål, Hem. Afr. III, 2, 1. En. Hem I, 101, 8.

Addah, 1 ex.

57. **Cenaeus luridus** n. sp.:

Sub-ovalis, obscure luridus, inferne cum capite nitidus, superne opacus, hemielytris nigro-punctulatis; antennis *), rostro, articulo basali excepto, coxis, femoribus basi, tibiis tarsisque, meso- et metastethiis, acetabulis marginibusque posticis exceptis, nec non segmento qvinto ventrali, margine apicali excepto, piceo-nigris, nitidis; marginibus antico et postico areae circumscriptae pronoti, macula asali triangulari scutelli, ipsa basi margineque scutellari clavi, corii linea juxta suturam clavi nec non vena media fere usque ad medium corii nigris opacis; membrana flavicanti-vinacea, arcu anteapicali fuscescente, apice albicante; corii angulo apicali rotundato. Long. ♂ $11^3/_4$ mm.

Ashante, 1 ♂.

58. **Dermatinus apicalis** n. sp.:

Oblongo-ovalis, nigricans, opacus, rostro versus apicem, tibiis tarsisque fuscis; pronoto, scutello hemielytrisque obscure hepaticoloribus (rufescenti-fuscis), margine verticis medio apiceque scutelli ochraceis; capite convexo; rostro coxas posticas superante; antennis articulo tertio primo longitudine aeqvali, quarto secundo fere aeque longo; pronoto leviter transverso, concolori, subtilississime remote et antice adhuc subtilius punctulato, lateribus pone medium distincte sinuatis; hemielytris medium segmenti quarti dorsalis attingentibus, apice recte truncatis. Long. ♂ $7^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂.

A *D. lugenti* Stål corpore magis oblongo-ovali, capite magis convexo, pronoto, scutello hemielytrisque multo subtilius punctatis etc. mox distinctus. *D. lugens* pronoto breviter trapeziformi, linea media marginibusque pallide flaventibus, fortiter nigro-punctato, scutello et hemielytris sordide

---

*) articulus ultimus deest.

Subf. Pyrrhocorina.

56. **Physopelta analis** Sign. — Stål, Hem. Afr. III, 2, 1. En. Hem I, 101, 8.

Addah, 1 ex.

57. **Cenaeus luridus** n. sp.:

Sub-ovalis, obscure luridus, inferne cum capite nitidus, superne opacus, hemielytris nigro-punctulatis; antennis *), rostro, articulo basali excepto, coxis, femoribus basi, tibiis tarsisque, meso- et metastethiis, acetabulis marginibusque posticis exceptis, nec non segmento qvinto ventrali, margine apicali excepto, piceo-nigris, nitidis; marginibus antico et postico areae circumscriptae pronoti, macula asali triangulari scutelli, ipsa basi margineque scutellari clavi, corii linea juxta suturam clavi nec non vena media fere usque ad medium corii nigris opacis; membrana flavicanti-vinacea, arcu anteapicali fuscescente, apice albicante; corii angulo apicali rotundato. Long. ♂ $11^3/_4$ mm.

Ashante, 1 ♂.

58. **Dermatinus apicalis** n. sp.:

Oblongo-ovalis, nigricans, opacus, rostro versus apicem, tibiis tarsisque fuscis; pronoto, scutello hemielytrisque obscure hepaticoloribus (rufescenti-fuscis), margine verticis medio apiceque scutelli ochraceis; capite convexo; rostro coxas posticas superante; antennis articulo tertio primo longitudine aeqvali, quarto secundo fere aeque longo; pronoto leviter transverso, concolori, subtilissisime remote et antice adhuc subtilius punctulato, lateribus pone medium distincte sinuatis; hemielytris medium segmenti quarti dorsalis attingentibus, apice recte truncatis. Long. ♂ $7^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂.

A *D. lugenti* Stål corpore magis oblongo-ovali, capite magis convexo, pronoto, scutello hemielytrisque multo subtilius punctatis etc. mox distinctus. *D. lugens* pronoto breviter trapeziformi, linea media marginibusque pallide flaventibus, fortiter nigro-punctato, scutello et hemielytris sordide

---

*) articulus ultimus deest.

flaventibus, fortiter nigro-punctatis, his apicem segmenti quarti dorsalis attingentibus, nec non rostro apicem segmenti tertii ventralis attingente gaudet.

## Fam. **Capsidae.**

59. **Dolichomiris** n. g.:

Corpus valde elongatum, parallelum, glabriculum; capite porrecto, horizontali, latitudine multo longiore, a latere viso fere parallelogrammo et altitudine fere duplo longiore, vertice sulco distincto, fronte apice acutangulo ultra basin clypei breviter prominulo, clypeo fortiter prominente, margine apicali retrorsum vergente; rostro apicem coxarum posticarum attingente, articulo primo capitis longitudine; antennis corpore longioribus, articulo primo pronoto capitique usque ad basin clypei longitudine aequali, toto basique secundi dense pilosis; pronoto scutelloque impunctatis, illo latitudine basali longiore, lateribus acutis antice marginatis, basi profunde emarginato; scutello pronoti longitudine, basi detecta utrinque carina transversali; pedibus? (pedes in specim. descriptis desunt).

Generi *Trigonotylo* Fieb. structura capitis et praesertim clypei affinis, capite autem longius producto, fronte apice distincte prominulo, rostro longiore, articulo primo antennarum multo longiore piloso, pronoti basi fortius emarginato divergens; a genere *Megaloceraea* Fieb. clypei margine antico sensim retrorsum vergente, antennarum articulo primo longe piloso, pronoti basi fortiter emarginato etc. distinguendus.

**D. linearis** n. sp.:

Linearis, exalbidus, glaber, linea tenui capitis lineisque duabus mediis percurrentibus pronoti et scutelli valde appropinqvatis rufescenti-fumatis; vitta corporis laterali per caput, pectus et ventrem ducta, lineolaque capitis pone oculum superiore et inferiore, suturis lorarum vittaque marginis apicalis clypei coccineis; membrana diluta fumata; antennis articulo secundo isabellino, ultimis lividis, primo et secundo longius semiadpressim pilosis, pilis in certa directione luminis fuscescentibus, illo saepe coccineo-adsperso, secundo primo cir-

flaventibus, fortiter nigro-punctatis, his apicem segmenti quarti dorsalis attingentibus, nec non rostro apicem segmenti tertii ventralis attingente gaudet.

## Fam. **Capsidae.**

59. **Dolichomiris** n. g.:

Corpus valde elongatum, parallelum, glabriculum; capite porrecto, horizontali, latitudine multo longiore, a latere viso fere parallelogrammo et altitudine fere duplo longiore, vertice sulco distincto, fronte apice acutangulo ultra basin clypei breviter prominulo, clypeo fortiter prominente, margine apicali retrorsum vergente; rostro apicem coxarum posticarum attingente, articulo primo capitis longitudine; antennis corpore longioribus, articulo primo pronoto capitique usque ad basin clypei longitudine aequali, toto basique secundi dense pilosis; pronoto scutelloque impunctatis, illo latitudine basali longiore, lateribus acutis antice marginatis, basi profunde emarginato; scutello pronoti longitudine, basi detecta utrinque carina transversali; pedibus? (pedes in specim. descriptis desunt).

Generi *Trigonotylo* Fieb. structura capitis et praesertim clypei affinis, capite autem longius producto, fronte apice distincte prominulo, rostro longiore, articulo primo antennarum multo longiore piloso, pronoti basi fortius emarginato divergens; a genere *Megaloceraea* Fieb. clypei margine antico sensim retrorsum vergente, antennarum articulo primo longe piloso, pronoti basi fortiter emarginato etc. distinguendus.

**D. linearis** n. sp.:

Linearis, exalbidus, glaber, linea tenui capitis lineisque duabus mediis percurrentibus pronoti et scutelli valde appropinqvatis rufescenti-fumatis; vitta corporis laterali per caput, pectus et ventrem ducta, lineolaque capitis pone oculum superiore et inferiore, suturis lorarum vittaque marginis apicalis clypei coccineis; membrana diluta fumata; antennis articulo secundo isabellino, ultimis lividis, primo et secundo longius semiadpressim pilosis, pilis in certa directione luminis fuscescentibus, illo saepe coccineo-adsperso, secundo primo cir-

citer $^3/_4$ longiore, tertio secundo paullo longiore; maris segmento genitali forcipe dextro elongato-ovali exserto. Long. ♂ $7^1/_2$, ♀ 8 mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

60. **Megacoelum apicale** n. sp.:

Badius, sat nitidus, margine tenui basali pronoti, apice scutelli, orificiis metasterni, basi articulorum tertii et qvarti antennarum nec non ipso apice articuli quarti albis, antennis cetero fusco-nigris, articulo primo interne secundoque, tertia apicali parte vel $^2/_5$ apicalibus exceptis, pallidius lurido-testaceis; vertice inter oculos oculo maximo duplo (♂) vel paullo (♀) angustiore; rostro medium ventris attingente, apice nigro, articulo primo coxas anticas attingente; antennis articulo primo capite vix (♀) vel paullo (♂) longiore, secundo primo circiter duplo et dimidio (♂) vel fere triplo (♀) longiore, tertio et qvarto simul sumtis secundo paullo longioribus, quarto tertio circiter $^3/_7$ breviore; pronoto basi annulo collari fere triplo et longitudine paullo minus qvam duplo latiore, versus apicem fortius declivi, disco transversim subtilius ruguloso, limbo basali ante marginem fusco-nigricante; scutello obsoletissime transversim strigoso; membrana obscure fumata, venis luridis vel badiis, macula parva ad apicem cunei hyalina. (Pedes in exemplis desunt). Long. ♂ $6^2/_5$, ♀ $6^2/_3$ mm.

Addah, 1 ♂, 2 ♀♀.

61. **Proboscidocoris** n. g.:

Corpus ovatum, pube metallica dense tectum; capite fere porrecto, superne a basi versus apicem levissime declivi, latitudine inter bases antennarum duplo longiore, ante oculos longe proboscideo-producto, a latere viso altitudine basali fere dimidio longiore, vertice immarginato, clypeo a latere viso versus apicem latiore, basi cum fronte confluente, ipsa basi in linea media oculorum posito, angulo faciali acuto, loris haud discretis, bucculis linearibus medium capitis attingentibus, gula horizontali; oculis (♀) in lateribus capitis oblique positis, ovalibus, in genas longius extensis, orbita interiore sinuatis; rostro gracili, apicem coxarum posticarum attingente, articulo primo caput paullo superante; antennis

citer $^3/_4$ longiore, tertio secundo paullo longiore; maris segmento genitali forcipe dextro elongato-ovali exserto. Long. ♂ $7^1/_2$, ♀ 8 mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

60. **Megacoelum apicale** n. sp.:

Badius, sat nitidus, margine tenui basali pronoti, apice scutelli, orificiis metasterni, basi articulorum tertii et qvarti antennarum nec non ipso apice articuli quarti albis, antennis cetero fusco-nigris, articulo primo interne secundoque, tertia apicali parte vel $^2/_5$ apicalibus exceptis, pallidius lurido-testaceis; vertice inter oculos oculo maximo duplo (♂) vel paullo (♀) angustiore; rostro medium ventris attingente, apice nigro, articulo primo coxas anticas attingente; antennis articulo primo capite vix (♀) vel paullo (♂) longiore, secundo primo circiter duplo et dimidio (♂) vel fere triplo (♀) longiore, tertio et qvarto simul sumtis secundo paullo longioribus, quarto tertio circiter $^3/_7$ breviore; pronoto basi annulo collari fere triplo et longitudine paullo minus qvam duplo latiore, versus apicem fortius declivi, disco transversim subtilius ruguloso, limbo basali ante marginem fusco-nigricante; scutello obsoletissime transversim strigoso; membrana obscure fumata, venis luridis vel badiis, macula parva ad apicem cunei hyalina. (Pedes in exemplis desunt). Long. ♂ $6^2/_5$, ♀ $6^2/_3$ mm.

Addah, 1 ♂, 2 ♀♀.

61. **Proboscidocoris** n. g.:

Corpus ovatum, pube metallica dense tectum; capite fere porrecto, superne a basi versus apicem levissime declivi, latitudine inter bases antennarum duplo longiore, ante oculos longe proboscideo-producto, a latere viso altitudine basali fere dimidio longiore, vertice immarginato, clypeo a latere viso versus apicem latiore, basi cum fronte confluente, ipsa basi in linea media oculorum posito, angulo faciali acuto, loris haud discretis, bucculis linearibus medium capitis attingentibus, gula horizontali; oculis (♀) in lateribus capitis oblique positis, ovalibus, in genas longius extensis, orbita interiore sinuatis; rostro gracili, apicem coxarum posticarum attingente, articulo primo caput paullo superante; antennis

paullo infra medium marginis interioris oculorum insertis; pronoto a basi versus apicem maxime convexo-declivi, basi annulo collari circiter triplo latiore, margine basali rotundato, medio supra scutellum latius sinuato, disco in tertia parte apicali (annulo collari addito) foveolis duabus transversis instructo; hemielytris vena brachiali discreta, furca cubiti completa, cuneo breviusculo, fractura ejus profunda, abscissa basali cum exitu venae brachialis incidenta; membrana biareolata, areola brachiali sub-parallela, apice acutangulata, cubitali parva; xypho prostethii plano, subtiliter marginato; orificiis metasterni magnis. (Pedes in exemplis descriptis desunt).

**P. fuliginosus** n. sp.:

Obscure fuliginosus, pilis faciliter divellendis orichalceis tectus, inferne fuscus, argenteo-pubescens; capite macula verticis utrinque ad oculum lorisque, apice scutelli, margine apicali corii, venis membranae maculaque parvula ad apicem cunei testaceis; orificiis basique coxarum pallide lividis; vertice oculo circiter dimidio latiore (♀); antennis articulo primo fuliginoso, capite breviore ejusque apicem tertia apicali parte superante, secundo lineari, latitudini basali pronoti longitudine aequali, testaceo, apice fusco, (ultimis?); pronoto basi longitudine circiter dimidio latiore, annulo collari apici articuli primi antennarum aeque lato, disco dense subtiliter ruguloso; scutello transversim dense subtilissime ruguloso; hemielytris sub-laevibus. Long. ♀ 6—$6^2/_5$ mm.

Addah, 3 ♀♀.

62. **Plagiorrhamma pilosa** n. sp.:

Fusco-nigra, superne longe molliterque cinereo-pilosa, capite, pronoto scutelloque adhuc subtilissime cinereo-sericantibus; rostro, articulo basali excepto, antennis pedibusque cum coxis ochraceis vel stramineis, illis articulo primo pallide stramineo, basi coccineo-fusco, margine ejus apicali, articulis secundo et tertio inferne basique quarti coccineis hoc pallide stramineo; hemielytris obscure caryophylleo-fuscis, opacis, clavo linea ad dimidium basalem suturae clavi ante apicem subito dilatata, corio parte basali ultra medium, dein

paullo infra medium marginis interioris oculorum insertis; pronoto a basi versus apicem maxime convexo-declivi, basi annulo collari circiter triplo latiore, margine basali rotundato, medio supra scutellum latius sinuato, disco in tertia parte apicali (annulo collari addito) foveolis duabus transversis instructo; hemielytris vena brachiali discreta, furca cubiti completa, cuneo breviusculo, fractura ejus profunda, abscissa basali cum exitu venae brachialis incidenta; membrana biareolata, areola brachiali sub-parallela, apice acutangulata, cubitali parva; xypho prostethii plano, subtiliter marginato; orificiis metasterni magnis. (Pedes in exemplis descriptis desunt).

**P. fuliginosus** n. sp.:

Obscure fuliginosus, pilis faciliter divellendis orichalceis tectus, inferne fuscus, argenteo-pubescens; capite macula verticis utrinque ad oculum lorisque, apice scutelli, margine apicali corii, venis membranae maculaque parvula ad apicem cunei testaceis; orificiis basique coxarum pallide lividis; vertice oculo circiter dimidio latiore (♀); antennis articulo primo fuliginoso, capite breviore ejusque apicem tertia apicali parte superante, secundo lineari, latitudini basali pronoti longitudine aequali, testaceo, apice fusco, (ultimis?); pronoto basi longitudine circiter dimidio latiore, annulo collari apici articuli primi antennarum aeque lato, disco dense subtiliter ruguloso; scutello transversim dense subtilissime ruguloso; hemielytris sub-laevibus. Long. ♀ 6—$6^2/_5$ mm.

Addah, 3 ♀♀.

62. **Plagiorrhamma pilosa** n. sp.:

Fusco-nigra, superne longe molliterque cinereo-pilosa, capite, pronoto scutelloque adhuc subtilissime cinereo-sericantibus; rostro, articulo basali excepto, antennis pedibusque cum coxis ochraceis vel stramineis, illis articulo primo pallide stramineo, basi coccineo-fusco, margine ejus apicali, articulis secundo et tertio inferne basique quarti coccineis hoc pallide stramineo; hemielytris obscure caryophylleo-fuscis, opacis, clavo linea ad dimidium basalem suturae clavi ante apicem subito dilatata, corio parte basali ultra medium, dein

limbo laterali subparallelo et ante apicem interne subito et angulatim in fasciam medium latitudinis corii attingentem extensa pallide stramineis, parte straminea basali apice obliqua et bis angulariter emarginata; membrana infuscata, macula ad apicem cunei sat magna pallide straminea; antennis corpori cum hemielytris longitudine aequalibus, articulo tertio secundo nonnihil breviore, qvarto tertio circiter $^1/_3$ breviore. Long. ♂ $2^2/_3$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

*Pl. suturali* H. Sch. simillima, mox tamen corpore superne longe piloso, parte corii basali straminea apice bis emarginata limboque laterali dein angustius straminea et apice in fasciam subito angulatim dilatato divergens.

## Fam. **Nabidae.**

63. **Alloeorrhynchus elegans** n. sp.:

Ochraceo-flavescens, flavicanti-pilosus, pronoto fere glabro, nitidus, scutello hemielytrisque, limbo corii excepto, opacis; capite, pronoti lobo postico, lateribus exceptis, scutello, hemielytris ad commissuram late, fascia corii lata mox pone medium membranaque, pectore apiceque abdominis nigris, membrana parte dimidio basali maculaque rotundata apicali pallide flaventibus; annulo pone medium femorum anticorum apicibusque femorum posteriorum et tibiarum omnium nigro-fuscis; angulis apicalibus segmentorum connexivi anguste fuscis; antennis articulo secundo versus apicem ultimisque fuscis; rostri articulo secundo coxas anticas attingente, tertio hoc paullo breviore, leviter tumescente, ultimo gracili acuminato; angulo inferiore femorum anticorum medio. Long. ♀ 5 mm.

Addah, 2 ♀♀.

*A. puerili* Stål simillimus, colore membranae divergens.

64. **Phorticus pulchellus** n. sp.:

Superne nigricans, opacus, inpunctatus, flavicanti-pilosus, rostro, antennarum articulo primo secundoque versus basin, pronoti macula magna rotundata apicali totum apicem occupante et postice ultra medium extensa, marginibus acetabulorum nec non pedibus testaceo-flaventibus vel ochraceis;

limbo laterali subparallelo et ante apicem interne subito et angulatim in fasciam medium latitudinis corii attingentem extensa pallide stramineis, parte straminea basali apice obliqua et bis angulariter emarginata; membrana infuscata, macula ad apicem cunei sat magna pallide straminea; antennis corpori cum hemielytris longitudine aequalibus, articulo tertio secundo nonnihil breviore, qvarto tertio circiter $^1/_3$ breviore. Long. ♂ $2^2/_3$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

*Pl. suturali* H. Sch. simillima, mox tamen corpore superne longe piloso, parte corii basali straminea apice bis emarginata limboque laterali dein angustius straminea et apice in fasciam subito angulatim dilatato divergens.

## Fam. **Nabidae.**

63. **Alloeorrhynchus elegans** n. sp.:

Ochraceo-flavescens, flavicanti-pilosus, pronoto fere glabro, nitidus, scutello hemielytrisque, limbo corii excepto, opacis; capite, pronoti lobo postico, lateribus exceptis, scutello, hemielytris ad commissuram late, fascia corii lata mox pone medium membranaque, pectore apiceque abdominis nigris, membrana parte dimidio basali maculaque rotundata apicali pallide flaventibus; annulo pone medium femorum anticorum apicibusque femorum posteriorum et tibiarum omnium nigro-fuscis; angulis apicalibus segmentorum connexivi anguste fuscis; antennis articulo secundo versus apicem ultimisque fuscis; rostri articulo secundo coxas anticas attingente, tertio hoc paullo breviore, leviter tumescente, ultimo gracili acuminato; angulo inferiore femorum anticorum medio. Long. ♀ 5 mm.

Addah, 2 ♀♀.

*A. puerili* Stål simillimus, colore membranae divergens.

64. **Phorticus pulchellus** n. sp.:

Superne nigricans, opacus, inpunctatus, flavicanti-pilosus, rostro, antennarum articulo primo secundoque versus basin, pronoti macula magna rotundata apicali totum apicem occupante et postice ultra medium extensa, marginibus acetabulorum nec non pedibus testaceo-flaventibus vel ochraceis;

hemielytris fuscis, abdominis apicem attingentibus, dimidio clavi, parte adjacente corii basali coriique margine laterali anguste nec non apice latius testaceo-flavescentibus, margine libero apicali obsolete pallescente; abdomine testaceo. Long. $3^1/_3$ mm.

Addah, 1 ex. (Mus. Hungaricum).

*Ph. collari* Stål ex America boreali (Texas), cum cujus specimine typico comparavi, simillimus, differt tamen statura breviore, latiore et robustiore, rostro paullo breviore, articulo secundo duobus ultimis simul sumtis fere nonnihil longiore, macula apicali pronoti majore et postice multo longius producta, lobo postico pronoti linea flava destituto, corio apice late testaceo-flavente membranaque opaca venis obsoletioribus.

65. **Coriscus annulicornis** n. sp.:

Valde elongatus, angustus, opaculus, griseo-testaceus vel lurido-flavus, glaber; antennarum articulo primo annulisque quinque articuli secundi (ultimi desunt) ferrugineis; vitta media capitis, pronoti lobo antico vitta media latiore lateribusque anguste, lobo postico vittis quinque, media obscuriore, lateribusque, scutello macula triangulari obscura hemielytrisque lineis longitudinalibus juxta venas, basin versus in puncta et maculas dissolutis lurido-fuscis; membranae venis griseis, areis magis minusve griseis vel griseo-adspersis, externa basi puncto ferrugineo, angulis basalibus fuscis; corpore inferne vitta laterali fusca; femoribus lurido-fusco-conspurcatis; tibiis omnibus annulis praesertim posticarum numerosis obsoletis fusco-luridis, apice fusco; tarsis longis, articulis omnibus apice fusco-nigris. Long. ♂♀ $8^3/_4$—9 mm.

Addah, 3 ♂♂, 1 ♀.

Species angusta, distinctissima, antennarum pedumque colore, femoribus anticis gracilibus, etc. insignis.

## Fam. **Reduviidae.**

### Subf. Reduviina.

66. **Margasus Afzelii** Stål, En. Hem. IV, 18, 1.
Ashante, 1 ♂.

hemielytris fuscis, abdominis apicem attingentibus, dimidio clavi, parte adjacente corii basali coriique margine laterali anguste nec non apice latius testaceo-flavescentibus, margine libero apicali obsolete pallescente; abdomine testaceo. Long. $3^1/_3$ mm.

Addah, 1 ex. (Mus. Hungaricum).

*Ph. collari* Stål ex America boreali (Texas), cum cujus specimine typico comparavi, simillimus, differt tamen statura breviore, latiore et robustiore, rostro paullo breviore, articulo secundo duobus ultimis simul sumtis fere nonnihil longiore, macula apicali pronoti majore et postice multo longius producta, lobo postico pronoti linea flava destituto, corio apice late testaceo-flavente membranaque opaca venis obsoletioribus.

65. **Coriscus annulicornis** n. sp.:

Valde elongatus, angustus, opaculus, griseo-testaceus vel lurido-flavus, glaber; antennarum articulo primo annulisque quinque articuli secundi (ultimi desunt) ferrugineis; vitta media capitis, pronoti lobo antico vitta media latiore lateribusque anguste, lobo postico vittis quinque, media obscuriore, lateribusque, scutello macula triangulari obscura hemielytrisque lineis longitudinalibus juxta venas, basin versus in puncta et maculas dissolutis lurido-fuscis; membranae venis griseis, areis magis minusve griseis vel griseo-adspersis, externa basi puncto ferrugineo, angulis basalibus fuscis; corpore inferne vitta laterali fusca; femoribus lurido-fusco-conspurcatis; tibiis omnibus annulis praesertim posticarum numerosis obsoletis fusco-luridis, apice fusco; tarsis longis, articulis omnibus apice fusco-nigris. Long. ♂♀ $8^3/_4$—9 mm.

Addah, 3 ♂♂, 1 ♀.

Species angusta, distinctissima, antennarum pedumque colore, femoribus anticis gracilibus, etc. insignis.

## Fam. **Reduviidae.**

### Subf. Reduviina.

66. **Margasus Afzelii** Stål, En. Hem. IV, 18, 1.
Ashante, 1 ♂.

67. **Coranus pallidus** Reut., Ad. cogn. Reduv. p. 8. Addah, 1 ♀.

68. **Hediocoris** n. g.:

Corpus oblongum, laeve; capite inermi, pronoto breviore latitudine cum oculis longitudine anteocellari aequali, parte postoculari anteoculari vix duplo longiore, paullulum pone oculos constricto et dein lateribus medio sinuatis; ocellis valde distantibus; rostro articulo primo saltem oculorum medium attingente et secundo circiter $^1/_4$—$^1/_3$ breviore; antennis gracilibus, articulo primo capiti et pronoto simul sumtis longitudine aeqvali, secundo brevi, tertio et quarto fere aeque longis; pronoto lobo antico impressione longitudinali percurrente, stricturam transversalem attingente vel a rugula omnium subtilissima vix nisi aegerrime distinguenda separata, anterius subtiliore, lobo postico disco haud impresso, impressione intra margines laterales posticos versus angulos laterales ampliata et in impressionem humeralem sensim continuata; scutello transverso, triangulari, carina Y-formi; mesopleuris antice tuberculo destitutis; abdomine haud dilatato, fasciis transversis callosis, spiraculis marginibus lateralibus valde appropinquatis; pedibus mediocribus, unguiculis dentatis.

Gen. *Sphedanolestes* Stål similis, differt structura capitis spiraculisque ad margines laterales adhuc magis appropinquatis; a gen. *Reduvius* Fabr. structura capitis impressioneque antica a strictura vix nisi omnium obsoletissime separata mox distinctus.

**H. fasciatus** n. sp.:

Glaber, sed pectore, maculis lateralibus exceptis, pronoto margine apicali et postico, strictura impressionibusque lateralibus lobi postici nec non pedibus inferne pube densa grisea vestitis; scutello longius piloso; capite cum rostro, lobo antico pronoti, pectore, abdomine femoribusque cum coxis corallino-rubris, his apicem versus, tibiis, tarsis apiceque rostri nigro-piceis; ventris segmentis fascia transversa apicali medio tenuiore eburnea; lobo postico pronoti, scutello hemielytrisqe ochraceis, interdum leviter fumatis, corii fascia in la-

67. **Coranus pallidus** Reut., Ad. cogn. Reduv. p. 8. Addah, 1 ♀.

68. **Hediocoris** n. g.:

Corpus oblongum, laeve; capite inermi, pronoto breviore latitudine cum oculis longitudine anteocellari aequali, parte postoculari anteoculari vix duplo longiore, paullulum pone oculos constricto et dein lateribus medio sinuatis; ocellis valde distantibus; rostro articulo primo saltem oculorum medium attingente et secundo circiter $^1/_4$—$^1/_3$ breviore; antennis gracilibus, articulo primo capiti et pronoto simul sumtis longitudine aeqvali, secundo brevi, tertio et quarto fere aeque longis; pronoto lobo antico impressione longitudinali percurrente, stricturam transversalem attingente vel a rugula omnium subtilissima vix nisi aegerrime distinguenda separata, anterius subtiliore, lobo postico disco haud impresso, impressione intra margines laterales posticos versus angulos laterales ampliata et in impressionem humeralem sensim continuata; scutello transverso, triangulari, carina Y-formi; mesopleuris antice tuberculo destitutis; abdomine haud dilatato, fasciis transversis callosis, spiraculis marginibus lateralibus valde appropinquatis; pedibus mediocribus, unguiculis dentatis.

Gen. *Sphedanolestes* Stål similis, differt structura capitis spiraculisque ad margines laterales adhuc magis appropinquatis; a gen. *Reduvius* Fabr. structura capitis impressioneque antica a strictura vix nisi omnium obsoletissime separata mox distinctus.

**H. fasciatus** n. sp.:

Glaber, sed pectore, maculis lateralibus exceptis, pronoto margine apicali et postico, strictura impressionibusque lateralibus lobi postici nec non pedibus inferne pube densa grisea vestitis; scutello longius piloso; capite cum rostro, lobo antico pronoti, pectore, abdomine femoribusque cum coxis corallino-rubris, his apicem versus, tibiis, tarsis apiceque rostri nigro-piceis; ventris segmentis fascia transversa apicali medio tenuiore eburnea; lobo postico pronoti, scutello hemielytrisqe ochraceis, interdum leviter fumatis, corii fascia in la-

titudine basis mebranae extremoque apice nigris, membrana cupreo-nigra. Long. ♂ $11^3/_4$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

69. **Picilus tipuliformis** Fabr. — Stål, Hem. Afr. III, 67, 1. En. Hem. IV, 32, 1.

Ashante, 1 ♂.

70. **Reduvius (Diphymus) bicolor** Fabr. — Stål, Hem. Afr. III, 79, 8. En. Hem. IV, 38, 5.

Ashante, 1 ♀.

71. **Reduvius (Diphymus!) loratus** Stål, Öfv. Vet. Ak. Förh. 1859, 202, 7.

Ashante, 2 ♀♀.

Haec species a Stål in En. Hem. IV, 43, 16, incerti loci systematici indicata subgeneris *Diphymus* est; spiracula tamen segmentorum ventralium ad basin quam ad apicem solum paullulum magis appropinquata. Articulus primus antennarum capite longior. Pronotum angulis posticis brevissime lobulatis nigris. Ceteris vide diagnosem Ståli loco superne citato: "niger, parce pilosus; prothorace (excepta fascia media, medio antrorsum dilatata), costa venaque corii interna curvata, limbo abdominis femoribusque subtus basin versus sordide flavascentibus. ♀. Long. 17, lat. 4 mm. — Patria: Guinea (Mus. Schaum.)".

Subf. Ectrichodiina.

72. **Physorrhynchus barbicornis** Fabr. — Stål, En. Hem. IV, 50, 6. *Ectrichodia* id. Stål, Hem. Afr. III, 105, 4.

Ashante, 1 ♀.

Subf. Stenopodina.

73. **Anacanthiocnemis** n. g.:

Corpus angustum; capite pronoto breviore, parte postoculari superne impressione lineari longitudinali percurrente instructa, genis apice distincte productis, porrectis, jugis in spinas porrectas breves articulo primo antennarum circiter quadruplo breviores productis, spinis marginum lateralium inferiorum capitis brevibus, anteocularibus simplicibus, posto-

titudine basis mebranae extremoque apice nigris, membrana cupreo-nigra. Long. ♂ $11^3/_4$ mm.

Addah, 2 ♂♂.

69. **Picilus tipuliformis** Fabr. — Stål, Hem. Afr. III, 67, 1. En. Hem. IV, 32, 1.

Ashante, 1 ♂.

70. **Reduvius (Diphymus) bicolor** Fabr. — Stål, Hem. Afr. III, 79, 8. En. Hem. IV, 38, 5.

Ashante, 1 ♀.

71. **Reduvius (Diphymus!) loratus** Stål, Öfv. Vet. Ak. Förh. 1859, 202, 7.

Ashante, 2 ♀♀.

Haec species a Stål in En. Hem. IV, 43, 16, incerti loci systematici indicata subgeneris *Diphymus* est; spiracula tamen segmentorum ventralium ad basin quam ad apicem solum paullulum magis appropinquata. Articulus primus antennarum capite longior. Pronotum angulis posticis brevissime lobulatis nigris. Ceteris vide diagnosem Ståli loco superne citato: "niger, parce pilosus; prothorace (excepta fascia media, medio antrorsum dilatata), costa venaque corii interna curvata, limbo abdominis femoribusque subtus basin versus sordide flavascentibus. ♀. Long. 17, lat. 4 mm. — Patria: Guinea (Mus. Schaum.)".

Subf. Ectrichodiina.

72. **Physorrhynchus barbicornis** Fabr. — Stål, En. Hem. IV, 50, 6. *Ectrichodia* id. Stål, Hem. Afr. III, 105, 4.

Ashante, 1 ♀.

Subf. Stenopodina.

73. **Anacanthiocnemis** n. g.:

Corpus angustum; capite pronoto breviore, parte postoculari superne impressione lineari longitudinali percurrente instructa, genis apice distincte productis, porrectis, jugis in spinas porrectas breves articulo primo antennarum circiter quadruplo breviores productis, spinis marginum lateralium inferiorum capitis brevibus, anteocularibus simplicibus, posto-

cularibus ramosis; oculis rotundatis, deorsum infra superficiem intraocularem gulae paullo prominulis; rostro articulo primo duobus apicalibus simul sumtis longiore, marginem posticum oculorum superante; antennis brevibus, articulo primo capitis parte anteoculari haud longiore; pronoto elongato-tropezoidali, sub-horizontali, angulis haud prominentibus, anticis acutiusculis, sat longe pone medium transversim impresso, disco postico basi carinulis quatuor longitudinalibus, intermediis longioribus et distinctioribus, margine postico supra basin scutelli leviter sinuato, lateribus intra angulos posticos tuberculato-convexos impressis; scutello horizontali, inermi, pronoto circiter triplo breviore, elongato-triangulari, linea longitudinali impressa; hemielytris apicem abdominis subattingentibus, area discoidali quinquangulari, membrana area interiore exteriore breviore, ac illa autem aeque vel fere aeque longe antrorsum extensa; spinis prosternalibus longis porrectis, acutis; coxis anticis breviusculis; trochanteribus anticis spinis duabus armatis; pedibus anticis intermediis longioribus, femoribus anticis inferne spinis longis distantibus uniseriatis interneque serie altera spinarum breviorum, tibiis femoribus multo brevioribus, subrectis, inermibus, solum inferne densius rigido-setosis, femoribus posticis apicem segmenti quinti connexivi vix attingentibus, tibiis posticis femorum longitudine.

A genere *Strachyotropha* Stål jugis capitis breviter productis, a genere *Campsocnemis* Stål tibiis anticis rectis, ab ambobus ut etiam a *Pnironti* tibiis spinis totis destitutis, inferne solum subtiliter rigido-setosis divergens.

**A. punctum nigrum** n. sp.:

Lurido-testaceus, glaber, margine basali areae interioris membranae macula nigra, membrana fusco-conspersa; connexivo angulis marginalibus segmentorum puncto fusco notatis, segmentis genitalibus feminae superne vitta nigra; pectore medio infuscato, metasterno linea media pallida; ventre fuscescenti-conspurcato; tibiis anterioribus basi annulisque duobus, inferiore latiore, tibiisque posticis annulo prope basin interdum obsoleto pallidis; pronoto latitudine basali paullo minus quam duplo longiore, basi apice duplo latiore; femori-

cularibus ramosis; oculis rotundatis, deorsum infra superficiem intraocularem gulae paullo prominulis; rostro articulo primo duobus apicalibus simul sumtis longiore, marginem posticum oculorum superante; antennis brevibus, articulo primo capitis parte anteoculari haud longiore; pronoto elongato-tropezoidali, sub-horizontali, angulis haud prominentibus, anticis acutiusculis, sat longe pone medium transversim impresso, disco postico basi carinulis quatuor longitudinalibus, intermediis longioribus et distinctioribus, margine postico supra basin scutelli leviter sinuato, lateribus intra angulos posticos tuberculato-convexos impressis; scutello horizontali, inermi, pronoto circiter triplo breviore, elongato-triangulari, linea longitudinali impressa; hemielytris apicem abdominis subattingentibus, area discoidali quinquangulari, membrana area interiore exteriore breviore, ac illa autem aeque vel fere aeque longe autrorsum extensa; spinis prosternalibus longis porrectis, acutis; coxis anticis breviusculis; trochanteribus anticis spinis duabus armatis; pedibus anticis intermediis longioribus, femoribus anticis inferne spinis longis distantibus uniseriatis interneque serie altera spinarum breviorum, tibiis femoribus multo brevioribus, subrectis, inermibus, solum inferne densius rigido-setosis, femoribus posticis apicem segmenti quinti connexivi vix attingentibus, tibiis posticis femorum longitudine.

A genere *Strachyotropha* Stål jugis capitis breviter productis, a genere *Campsocnemis* Stål tibiis anticis rectis, ab ambobus ut etiam a *Pnironti* tibiis spinis totis destitutis, inferne solum subtiliter rigido-setosis divergens.

**A. punctum nigrum** n. sp.:

Lurido-testaceus, glaber, margine basali areae interioris membranae macula nigra, membrana fusco-conspersa; connexivo angulis marginalibus segmentorum puncto fusco notatis, segmentis genitalibus feminae superne vitta nigra; pectore medio infuscato, metasterno linea media pallida; ventre fuscescenti-conspurcato; tibiis anterioribus basi annulisque duobus, inferiore latiore, tibiisque posticis annulo prope basin interdum obsoleto pallidis; pronoto latitudine basali paullo minus quam duplo longiore, basi apice duplo latiore; femori-

bus anticis spinis inferioribus quinque, apicali minuta, interioribus quinque — sex, apicali majore, spinis feminae quam maris longioribus; maris segmento sexto abdominali apice bifido, margine inter lobos sat late sinuato; feminae segmentis genitalibus simul longius acuminatis. Long. ♂♀ $11^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

74. **Oncocephalus parvulus** Reut., Monogr. Oncoceph. 48, 33, Tab. II, f. 31.

Addah, 2 ♂♂, 1 ♀.

75. **Thodelmus addahensis** n. sp.

Pallide testaceo-stramineus, remote sericeus; antennarum articulo primo apice, vittis duabus latis lateralibus valde appropinquatis linea testacea intersectis vittaque superiore posteriore capitis nigris; thorace praesertim posterius, scutello pectoreque fumatis, vitta laterali pectoris discoidalique metasterni pallidis, hac linea media fusca signata, spinis angulorum pronoti spinaque scutelli pallidis; hemielytris fuscescenti-fumatis, corii limbo laterali ad medium venaque exteriori pallidis; area discoidali membranaque hyalinescentibus, leviter iridescentibus, dense fusco-conspersis; dorso abdominis pallidis, connexivo fumato; ventre isabellino, carina percurrente media nigro-fusca, vitta laterali utrinque punctisque ad margines apicales segmentorum fuscis, margine laterali fusco, inter illum et vittam lateralem vitta angustiore interne multisinuata straminea; femoribus apice late, tibiis apice tarsisque fuscis, his superne saltem versus basin testaceis; antennis minus dense et longe pilosis, articulo primo capite paullo longiore; pronoto spinis apicalibus parte media truncata marginis apicalis parum longioribus, lobo postico antico longitudine aeqvali, basi longitudine ejusdem lobi paullulum latiore, angulis posticis longius acute spinosis. Long. ♂ $22^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂.

*Th. quinquespinoso* Fabr. similis, differt spinis apicalibus pronoti multo brevioribus, pronoti parte postica angustiore et antica haud longiore, antennis pedibusque brevius et minus dense pilosis.

bus anticis spinis inferioribus quinque, apicali minuta, interioribus quinque — sex, apicali majore, spinis feminae quam maris longioribus; maris segmento sexto abdominali apice bifido, margine inter lobos sat late sinuato; feminae segmentis genitalibus simul longius acuminatis. Long. ♂♀ $11^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂, 1 ♀.

74. **Oncocephalus parvulus** Reut., Monogr. Oncoceph. 48, 33, Tab. II, f. 31.

Addah, 2 ♂♂, 1 ♀.

75. **Thodelmus addahensis** n. sp.

Pallide testaceo-stramineus, remote sericeus; antennarum articulo primo apice, vittis duabus latis lateralibus valde appropinquatis linea testacea intersectis vittaque superiore posteriore capitis nigris; thorace praesertim posterius, scutello pectoreque fumatis, vitta laterali pectoris discoidalique metasterni pallidis, hac linea media fusca signata, spinis angulorum pronoti spinaque scutelli pallidis; hemielytris fuscescenti-fumatis, corii limbo laterali ad medium venaque exteriori pallidis; area discoidali membranaque hyalinescentibus, leviter iridescentibus, dense fusco-conspersis; dorso abdominis pallidis, connexivo fumato; ventre isabellino, carina percurrente media nigro-fusca, vitta laterali utrinque punctisque ad margines apicales segmentorum fuscis, margine laterali fusco, inter illum et vittam lateralem vitta angustiore interne multisinuata straminea; femoribus apice late, tibiis apice tarsisque fuscis, his superne saltem versus basin testaceis; antennis minus dense et longe pilosis, articulo primo capite paullo longiore; pronoto spinis apicalibus parte media truncata marginis apicalis parum longioribus, lobo postico antico longitudine aeqvali, basi longitudine ejusdem lobi paullulum latiore, angulis posticis longius acute spinosis. Long. ♂ $22^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♂.

*Th. quinquespinoso* Fabr. similis, differt spinis apicalibus pronoti multo brevioribus, pronoti parte postica angustiore et antica haud longiore, antennis pedibusque brevius et minus dense pilosis.

## Fam. **Hydrometridae.**

76. **Hydrometra albolineolata** n. sp.:

♂ nigricans, capite basi saepeque etiam apice, vittis duabus pronoti percurrentibus pectoreque cinnamomeis, ima basi articuli tertii antennarum pedibusque dilute ferrugineis, femoribus apice basique tibiarum posticarum fusco-nigris; prothorace linea utrinque laterali antice supra coxas curvata lineaque tenui longitudinali disci pronoti albido-plumbeis; hemielytris lineola basali clavi corioque juxta marginem externum venae interioris serie media lineolarum quatuor, his apicalibus brevioribus, et juxta marginem internum venae exteroris linea tenui hic illic magis minusve longe interrupta nec non interdum etiam margine interiore tenuissime albis, connexivo inferne lateribus segmentis macula basali albicanti- sericea; segmento genitali inferne utrinque fasiculato-setoso, superne apice in spinulam acutam sub-horizontalem producto; ♀ differt corpore maximam ad partem cinnàmomeo, vitta laterali percurrente nec non marginibus apicali et lateralibus vittaque angusta discoidali pronoti nigricantibus, hac lineam albidam ferente; hemielytris fusco-cinnamomeis, vittulis solum ad venam interiorem corii distinctis vel etiam his obsoletis; segmento genitali superne producto. Long. ♂ $10^1/_2$, ♀ $11^2/_3$.

Addah, 8 ♂♂, 2 ♀♀.

*H. ambulatori* Stål affinis, differt oculis majoribus, articulo secundo antennarum longiore et graciliore coloreque hemielytrorum.

## Fam. **Veliidae.**

77. **Microvelia gracillima** n. sp.:

Angusta, gracilis, latitudine media magis quam triplo longior, nigra, margine antico pronoti medio, connexivo superne et inferne, antennis articulis duobus basalibus femoribusque basin versus flavo-ferrugineis, antennis apicibus articulorum basalium ultimisque totis, femoribus versus apicem, tibiis et tarsis infuscatis; hemielytris fuscis, basi linea tenui exteriore areaque, fascia lata media fusca excepta, area ma-

## Fam. Hydrometridae.

76. **Hydrometra albolineolata** n. sp.:

♂ nigricans, capite basi saepeque etiam apice, vittis duabus pronoti percurrentibus pectoreque cinnamomeis, ima basi articuli tertii antennarum pedibusque dilute ferrugineis, femoribus apice basique tibiarum posticarum fusco-nigris; prothorace linea utrinque laterali antice supra coxas curvata lineaque tenui longitudinali disci pronoti albido-plumbeis; hemielytris lineola basali clavi corioque juxta marginem externum venae interioris serie media lineolarum quatuor, his apicalibus brevioribus, et juxta marginem internum venae exteroris linea tenui hic illic magis minusve longe interrupta nec non interdum etiam margine interiore tenuissime albis, connexivo inferne lateribus segmentis macula basali albicanti- sericea; segmento genitali inferne utrinque fasiculato-setoso, superne apice in spinulam acutam sub-horizontalem producto; ♀ differt corpore maximam ad partem cinnàmomeo, vitta laterali percurrente nec non marginibus apicali et lateralibus vittaque angusta discoidali pronoti nigricantibus, hac lineam albidam ferente; hemielytris fusco-cinnamomeis, vittulis solum ad venam interiorem corii distinctis vel etiam his obsoletis; segmento genitali superne producto. Long. ♂ $10^1/_2$, ♀ $11^2/_3$.

Addah, 8 ♂♂, 2 ♀♀.

*H. ambulatori* Stål affinis, differt oculis majoribus, articulo secundo antennarum longiore et graciliore coloreque hemielytrorum.

## Fam. Veliidae.

77. **Microvelia gracillima** n. sp.:

Angusta, gracilis, latitudine media magis quam triplo longior, nigra, margine antico pronoti medio, connexivo superne et inferne, antennis articulis duobus basalibus femoribusque basin versus flavo-ferrugineis, antennis apicibus articulorum basalium ultimisque totis, femoribus versus apicem, tibiis et tarsis infuscatis; hemielytris fuscis, basi linea tenui exteriore areaque, fascia lata media fusca excepta, area ma-

xima discoidali media, vitta media fusca excepta, area interiore elongata ultra apicem areae discoidalis maculaque exteriore nec non macula rotundata subapicali albidis; antennis articulis duobus basalibus longitudine aequalibus, duobus ultimis gracilibus, tertio secundo fere $^2/_3$ longiore, quarto duobus praecedentibus conjunctim longitudine aeqvali, pronoto carina longitudinali percurrente nigra. Long. $1^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

A *M. pygmaeo* Leon Duf. corpore multo graciliore et angustiore antennisque longioribus, multo gracilioribus et aliter constructis, nec non pronoto distinctissime longitudinaliter carinato divergens.

78. **Rhagovelia Reitteri** n. sp.:

Nigra, inferne subtiliter cinerascenti-sericea, antennis, pedibus, lateribus pronoti margineqe laterali corii versus basin nigro-pilosis; convexivo superne et inferne, basi articuli primi antennarum, coxis, trochanteribus femoribusque basi et inferne ferrugineis; capite et pronoto pone medium ferrugineo-cinnamomeis, hujus parte cinnamomea punctulata, annulo apicali collari ochraceo immaculato; hemielytris in tertia parte basali linea alba inter costam et venam; pronoto latitudine interhumerali longiore; femoribus posticis incrassatis inferne spinulis parvis nonnullis duabusqe majoribus, altera ante medium, altera versus apicem posita; angulis apicalibus segmenti sexti abdominalis spinoso-productis (♀); tarsis intermediis tibia nonnihil brevioribus. Long. ♀ $5^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♀.

*Rh. nigricanti* Burm. (*luctuosae* Stål) similis, sed magis elongata, capite pronotoque postice pallidioribus, hoc processu basali distincte punctulato, annulo collari macula nigrá laterali destituto, connexivo ferrugineo; femoribus posticis aliter spinosis.

*Mas* ejusdem speciei (?): niger, opacus, basi articuli primi antennarum, coxis, trochanteribus, basi femorum anticorum (late) et posticorum (anguste) connexivoque obscurius ferrugineo, corpore inferne, annulo apicali pronoti lineaque basali hemielytrorum griseo-sericeis, cetero unicolor, niger;

xima discoidali media, vitta media fusca excepta, area interiore elongata ultra apicem areae discoidalis maculaque exteriore nec non macula rotundata subapicali albidis; antennis articulis duobus basalibus longitudine aequalibus, duobus ultimis gracilibus, tertio secundo fere $^2/_3$ longiore, quarto duobus praecedentibus conjunctim longitudine aeqvali, pronoto carina longitudinali percurrente nigra. Long. $1^2/_3$ mm.

Addah, 1 ex.

A *M. pygmaeo* Leon Duf. corpore multo graciliore et angustiore antennisque longioribus, multo gracilioribus et aliter constructis, nec non pronoto distinctissime longitudinaliter carinato divergens.

78. **Rhagovelia Reitteri** n. sp.:

Nigra, inferne subtiliter cinerascenti-sericea, antennis, pedibus, lateribus pronoti margineqe laterali corii versus basin nigro-pilosis; convexivo superne et inferne, basi articuli primi antennarum, coxis, trochanteribus femoribusque basi et inferne ferrugineis; capite et pronoto pone medium ferrugineo-cinnamomeis, hujus parte cinnamomea punctulata, annulo apicali collari ochraceo immaculato; hemielytris in tertia parte basali linea alba inter costam et venam; pronoto latitudine interhumerali longiore; femoribus posticis incrassatis inferne spinulis parvis nonnullis duabusqe majoribus, altera ante medium, altera versus apicem posita; angulis apicalibus segmenti sexti abdominalis spinoso-productis (♀); tarsis intermediis tibia nonnihil brevioribus. Long. ♀ $5^1/_2$ mm.

Addah, 1 ♀.

*Rh. nigricanti* Burm. (*luctuosae* Stål) similis, sed magis elongata, capite pronotoque postice pallidioribus, hoc processu basali distincte punctulato, annulo collari macula nigrá laterali destituto, connexivo ferrugineo; femoribus posticis aliter spinosis.

*Mas* ejusdem speciei (?): niger, opacus, basi articuli primi antennarum, coxis, trochanteribus, basi femorum anticorum (late) et posticorum (anguste) connexivoque obscurius ferrugineo, corpore inferne, annulo apicali pronoti lineaque basali hemielytrorum griseo-sericeis, cetero unicolor, niger;

processu basali pronoti subtiliter punctulato; femoribus posticis medio dilatatis et inferne spinulis duabus majoribus ferrugineis, apice nigris, armatis, pone has spinas versus apicem spinulis 4—5 sensim minoribus; tarsis intermediis tibia aeque longis. Long. ♂ vix 5 mm.

An species propria?

Addah, 1 ♂.

## Fam. **Gerridae.**

79. **Gerris leptocerus** n. sp.:

**Lamprotrechus** n. subg.: corpore superne nitente, rostro sat gracili, marginem anticum mesosterni sat longe superante, articulo primo latitudine fere longiore, parallelo, haud tumido; antennis, tibiis tarsisque posterioribus gracillimis, antennis apicem versus tamen haud accuminatis, femoribus posticis corpori, capite excepto, aeque longis; segmento ultimo abdominali angulis apicalibus haud productis, sub-rectis.

Superne niger, nitens, lineis duabus longitudinalibus marginique postico verticis, pronoto lineolis duabus parallelis ante apicem marginique toto laterali usque in apicem processus postici ipsoqve margine laterali hemielytrorum ochraceis; hemielytris interne versus apicem vittis 2—3 longitudinalibus pallidis; dorso abdominis nigro-fusco, connexivo, apice lineaque media obsoleta basi longe abbreviata ochraceis, maris segmento primo genitali nigro-bimaculato; inferne ochraceus, dense argenteo-sericeus, vitta laterali percurrente nigra, hac vitta pectoris linea longitudinali ochracea divisa et supra lineam pube sericante destituta; rostro ochraceo; antennis fuscis, corpore paullo minus quam $^1/_3$ brevioribus, articulo primo spatio inter apicem capitis et angulum posticum epimerum prothoracis aeque longo, secundo primo fere $^1/_4$ breviore et tertio nonnihil longiore, duobus ultimis simul sumtis duobus primis conjunctis longitudine aeqvalibus; pedibus ferrugineis, femoribus anticis inferne vittaque interiore apicali fuscis, tibiis anticis infuscatis, posterioribus ipso apice fusco-nigris; tibiis intermediis femoribus longitudine sub-aequalibus, tarsis tibiis $^3/_7 - ^4/_9$ brevioribus. Long. ♂ $6^2/_3$ mm.

processu basali pronoti subtiliter punctulato; femoribus posticis medio dilatatis et inferne spinulis duabus majoribus ferrugineis, apice nigris, armatis, pone has spinas versus apicem spinulis 4—5 sensim minoribus; tarsis intermediis tibia aeque longis. Long. ♂ vix 5 mm.

An species propria?

Addah, 1 ♂.

## Fam. **Gerridae.**

79. **Gerris leptocerus** n. sp.:

**Lamprotrechus** n. subg.: corpore superne nitente, rostro sat gracili, marginem anticum mesosterni sat longe superante, articulo primo latitudine fere longiore, parallelo, haud tumido; antennis, tibiis tarsisque posterioribus gracillimis, antennis apicem versus tamen haud accuminatis, femoribus posticis corpori, capite excepto, aeque longis; segmento ultimo abdominali angulis apicalibus haud productis, sub-rectis.

Superne niger, nitens, lineis duabus longitudinalibus marginique postico verticis, pronoto lineolis duabus parallelis ante apicem marginique toto laterali usque in apicem processus postici ipsoqve margine laterali hemielytrorum ochraceis; hemielytris interne versus apicem vittis 2—3 longitudinalibus pallidis; dorso abdominis nigro-fusco, connexivo, apice lineaque media obsoleta basi longe abbreviata ochraceis, maris segmento primo genitali nigro-bimaculato; inferne ochraceus, dense argenteo-sericeus, vitta laterali percurrente nigra, hac vitta pectoris linea longitudinali ochracea divisa et supra lineam pube sericante destituta; rostro ochraceo; antennis fuscis, corpore paullo minus quam $^1/_3$ brevioribus, articulo primo spatio inter apicem capitis et angulum posticum epimerum prothoracis aeque longo, secundo primo fere $^1/_4$ breviore et tertio nonnihil longiore, duobus ultimis simul sumtis duobus primis conjunctis longitudine aeqvalibus; pedibus ferrugineis, femoribus anticis inferne vittaque interiore apicali fuscis, tibiis anticis infuscatis, posterioribus ipso apice fusco-nigris; tibiis intermediis femoribus longitudine sub-aequalibus, tarsis tibiis $^3/_7 - ^4/_9$ brevioribus. Long. ♂ $6^2/_3$ mm.

## Fam. Notonectidae.

81. **Enithares V-flavum** n. sp.:

Sordide flavescens, impressione angulorum anticorum pronoti concolore, scutello angulis basalibus maculaque magna media basali transverso-triangulari, nec non apice acuminato nigris; hemielytris nigris, clavo vitta latiore ad suturam clav ante apicem abbreviata, corio plaga lata interiore juxta eandem suturam ejusque medium parum superante, externe lineam tenuem versus angulum apicalem corii emittente, nec non margine laterali, apice excepto, griseo-flaventibus, impressione humerali corii nigra; membrana nigra; margine basali griseo-flavente; ventre fusco, carina media marginibusque testaceis; capite laevi, labio apice producto, ipso apice tamen rotundato; pronoto parce et obsolete subtiliter punctulato; scutello omnium subtilissime, sed densius punctulato; hemielytris distinctissime dense et subtiliter punctulatis; femoribus posticis inermibus, tarsis anticis articulo primo secundo duplo fere longiore, ungviculis aeque longis, tarsis intermediis tibia circiter $^1/_3$ brevioribus, articulo secundo primo circiter $^2/_5$ breviore, ungviculo exteriore interiore longiore, tarsis posticis tibia circiter $^1/_4$ brevioribus. Long 11 $^1/_3$ mm.

Ashante, 1 ex.

## Fam. Pleidae.

81. **Plea granulum** n. sp.:

Grisescenti-albida, pronoto, scutello hemielytrisque fortiter ocellato-punctatis; capite laevi, solum vertice subtilius punctato, vitta longitudinali lutescente; pronoto maculis duabus transversis marginis antici, puncto medio ante scutellum punctoque utrinqve ad angulum basalem, scutello macula basali, clavo in angulo apicali corioque postice fasciaque ante medium fuscescentibus; corpore inferne nigro-fusco pedibus totis pallide stramineis, solum ipsis apicibus tibiarum et tarsorum fuscis; angulo dorsali apicali a latere viso leviter obtuso. Long. 1 $^1/_2$ mm.

Addah, 2 exx.

## Fam. **Notonectidae.**

81. **Enithares V-flavum** n. sp.:

Sordide flavescens, impressione angulorum anticorum pronoti concolore, scutello angulis basalibus maculaque magna media basali transverso-triangulari, nec non apice acuminato nigris; hemielytris nigris, clavo vitta latiore ad suturam clav ante apicem abbreviata, corio plaga lata interiore juxta eandem suturam ejusque medium parum superante, externe lineam tenuem versus angulum apicalem corii emittente, nec non margine laterali, apice excepto, griseo-flaventibus, impressione humerali corii nigra; membrana nigra; margine basali griseo-flavente; ventre fusco, carina media marginibusque testaceis; capite laevi, labio apice producto, ipso apice tamen rotundato; pronoto parce et obsolete subtiliter punctulato; scutello omnium subtilissime, sed densius punctulato; hemielytris distinctissime dense et subtiliter punctulatis; femoribus posticis inermibus, tarsis anticis articulo primo secundo duplo fere longiore, ungviculis aeque longis, tarsis intermediis tibia circiter $^1/_3$ brevioribus, articulo secundo primo circiter $^2/_5$ breviore, ungviculo exteriore interiore longiore, tarsis posticis tibia circiter $^1/_4$ brevioribus. Long 11 $^1/_3$ mm.

Ashante, 1 ex.

## Fam. **Pleidae.**

81. **Plea granulum** n. sp.:

Grisescenti-albida, pronoto, scutello hemielytrisque fortiter ocellato-punctatis; capite laevi, solum vertice subtilius punctato, vitta longitudinali lutescente; pronoto maculis duabus transversis marginis antici, puncto medio ante scutellum punctoque utrinqve ad angulum basalem, scutello macula basali, clavo in angulo apicali corioque postice fasciaque ante medium fuscescentibus; corpore inferne nigro-fusco pedibus totis pallide stramineis, solum ipsis apicibus tibiarum et tarsorum fuscis; angulo dorsali apicali a latere viso leviter obtuso. Long. 1 $^1/_2$ mm.

Addah, 2 exx.

*Pl. lituratae* Fieb., Ent. Mon. 19, 4, T. II, f. 4—6, ex India orientali, simillima et vix nisi scutello macula basali nec vittis duabus fuscis notato divergens, forsitan solum ejus varietas; a *Pl. Letourneuxi* Sign. ex Aegypto signaturis aliter positis tarsisque ipso apice excepto stramineis divergens.

## Fam. **Corisidae.**

82. **Corisa sexlineata** n. sp.:

Nigro-fusca, nitida; inferne cum capite ochroleuca; capite margine verticis fusco, medio obtuse angulato, fovea frontali maris superne fere medium oculi attingente; pronoto fortiter transverso, subtilissime sub-coriario, lineis 6—6 $^1/_2$ flavis, postice obtusissime angulato, angulis lateralibus obtusis, margine antico medio leviter emarginato, carina brevissima, solum inter lineam primam et secundam distinguenda, satis tamen obsoleta; clavo corioque laevibus, subtiliter parce flavicantipubescentibus, lineolis brevibus irregularibus, undulatis et angulatis flavis irroratis, clavo basi lineis 3—4 transversis integris, corio lineolis vittis irregularibus nigrofuscis qvatuor interruptis, margine superiore externo sat dense flavoguttulato; membrana dimidio interiore pallida, innotata; area opaca suturae clavi qvartam basalem partem paullo superante, fusca; area marginali opaca corii tertiam apicalem partem attingente, pallida; palis maris cultratis, altitudine circiter duplo longioribus; tarsis posticis longe fusco-ciliatis ungviculis intermediis articulo ultimo tarsorum vix longioribus; ventre maris latere dextro asymetrico. Long. ♂ 5 $^2/_3$ mm.

Addah, 1 ♂.

*C. argutae* Buch. White (e Nova Zeelandia) signaturis hemielytrorum similis, angustior, pronoto solum sexlineato corporeque inferne toto pallido mox distincta.

83. **Sigara Signoreti** n. sp.:

Ovata, fusca, nitida, inferne cum capite pedibusque sordide flavo-albida; vertice vittis tribus lutescentibus, margine postico medio obtuse angulato, ipso angulo puncto nigro notato; pronoto transverso-elliptico, vertice a supero viso

*Pl. lituratae* Fieb., Ent. Mon. 19, 4, T. II, f. 4—6, ex India orientali, simillima et vix nisi scutello macula basali nec vittis duabus fuscis notato divergens, forsitan solum ejus varietas; a *Pl. Letourneuxi* Sign. ex Aegypto signaturis aliter positis tarsisque ipso apice excepto stramineis divergens.

## Fam. **Corisidae.**

82. **Corisa sexlineata** n. sp.:

Nigro-fusca, nitida; inferne cum capite ochroleuca; capite margine verticis fusco, medio obtuse angulato, fovea frontali maris superne fere medium oculi attingente; pronoto fortiter transverso, subtilissime sub-coriario, lineis 6—6 $^1/_2$ flavis, postice obtusissime angulato, angulis lateralibus obtusis, margine antico medio leviter emarginato, carina brevissima, solum inter lineam primam et secundam distinguenda, satis tamen obsoleta; clavo corioque laevibus, subtiliter parce flavicantipubescentibus, lineolis brevibus irregularibus, undulatis et angulatis flavis irroratis, clavo basi lineis 3—4 transversis integris, corio lineolis vittis irregularibus nigrofuscis qvatuor interruptis, margine superiore externo sat dense flavoguttulato; membrana dimidio interiore pallida, innotata; area opaca suturae clavi qvartam basalem partem paullo superante, fusca; area marginali opaca corii tertiam apicalem partem attingente, pallida; palis maris cultratis, altitudine circiter duplo longioribus; tarsis posticis longe fusco-ciliatis ungviculis intermediis articulo ultimo tarsorum vix longioribus; ventre maris latere dextro asymetrico. Long. ♂ 5 $^2/_3$ mm.

Addah, 1 ♂.

*C. argutae* Buch. White (e Nova Zeelandia) signaturis hemielytrorum similis, angustior, pronoto solum sexlineato corporeque inferne toto pallido mox distincta.

83. **Sigara Signoreti** n. sp.:

Ovata, fusca, nitida, inferne cum capite pedibusque sordide flavo-albida; vertice vittis tribus lutescentibus, margine postico medio obtuse angulato, ipso angulo puncto nigro notato; pronoto transverso-elliptico, vertice a supero viso

vix longiore, laevi, interdum limbo postico pallescente, scutello flavo-testaceo, limbo basali nigro-fusco; hemielytris punctulatis, punctis clavi obsoletioribus, limbo hujus lato scutellari flavo-testaceo, laevi; corio vittis quatuor a maculis compositis valde indistinctis et obsoletis obscurioribus, limbo marginali macula ante et pone medium nec non saepe etiam basi et apice nigro-fuscis; membrana hemielytri dextri fusca, linea laevi pallide flavente ab apice clavi ad vel paullo ultra medium membranae producta, apice nonnihil dilatata signata; membrana hemielytri sinistri hyalina, leviter iridescente, solum limbo basali margineque externo griscescentifuscis. Long. 3 $^1/_3$ mm.

Addah, 10 exx.

*S. sulcatae* Sign., Ann. Soc. ent France, Sér. 3, T. VIII, p. 971, 193, e Madagascar, simillima videtur.

vix longiore, laevi, interdum limbo postico pallescente, scutello flavo-testaceo, limbo basali nigro-fusco; hemielytris punctulatis, punctis clavi obsoletioribus, limbo hujus lato scutellari flavo-testaceo, laevi; corio vittis quatuor a maculis compositis valde indistinctis et obsoletis obscurioribus, limbo marginali macula ante et pone medium nec non saepe etiam basi et apice nigro-fuscis; membrana hemielytri dextri fusca, linea laevi pallide flavente ab apice clavi ad vel paullo ultra medium membranae producta, apice nonnihil dilatata signata; membrana hemielytri sinistri hyalina, leviter iridescente, solum limbo basali margineque externo griscscentifuscis. Long. 3 $^1/_3$ mm.

Addah, 10 exx.

*S. sulcatae* Sign., Ann. Soc. ent France, Sér. 3, T. VIII, p. 971, 193, e Madagascar, simillima videtur.